20 Aequatio est generalis: vgl. Erl. zu S. 58 Z. 2. 20 $-2y^2$: Richtig wäre $-y^2$. Die fehlerhafte Gleichung wird bis zum Ende des Stücks verwendet. 21 $\dfrac{v-y}{x} \ldots \dfrac{a^2}{y^2}$: $MP : MC = (v-y) : x = \dfrac{a^2}{y}$ vgl. S. 58 Z. 9 f.

$$y^6 - 2vy^5 + v^2y^4 \quad * + 2a^4y^2 - 2va^4y \quad \begin{matrix} + v^2a^4 \\ - s^2a^4 \end{matrix} \quad \sqcap 0.$$

Multiplicetur per numeros progressionis Arithm.

6 5 4 3 2 1 0 fiet

$$3y^5 - 5vy^4 + 2v^2y^3 \quad * + 2a^4y \quad - va^4 \quad \sqcap 0.$$

$$3y^2 - 5vy + 2v^2,, \frown y^3, \quad + \llcorner 2y \quad - v\lrcorner \frown a^4 \quad \sqcap 0. \text{ sive}$$

1–62,15 $\sqcap$ 0. | Multiplicetur ... Arithm. *erg.* | 6 ... 0 | fiet ... inqvisitione. *erg.* | Restabit *L*

3 per numeros: Zum Verfahren vgl. J. Hudde, *Epistolae duae*, 1659, *DGS* I S. 436–439 u. S. 507 bis 516. Das Verfahren wird auch S. 61 Z. 2 – S. 62 Z. 1, S. 62 Z. 6 f., S. 64 Z. 3, S. 64 Z. 7 und S. 66 Z. 5 verwendet.

$$y^2 \quad - 4vy \quad + 2v^2, \frown y^3,, \qquad + 2y \qquad - v, \frown a^4, + 2y - v, \frown y^4, \sqcap 0.$$

Seu $s^2 - \llcorner\llcorner v - y\lrcorner\square\lrcorner - y^2 - \llcorner\llcorner v - y\lrcorner\square\lrcorner \frown \dfrac{y^4}{a^4} \sqcap 0$ unde post multiplicationem Arithmeticam

---

1 *Nebenbetrachtung*
$\dfrac{2y - v, \frown -2v + y^2}{2y - v}$ fiet: $-2v + \dfrac{y^2}{2y - v}$ unde divisione facta fiet: $-2v + \dfrac{y^2}{2y - v}, \frown y^3,, +$ $a^4 + y^4$ vel $\dfrac{-2vy + 2v^2 + y^2}{2y - v} + a^4 + y^4, \sqcap 0$ vel restitutis omnibus:

$$v^2 - 5y^4 v + \frac{25y^8 + 10a^4y^4 + a^8}{4y^6} \sqcap \frac{-y^5 - 2a^4y - 2y^5}{y^3}, + \frac{25y^8 \text{ etc.}}{\ldots.}$$
$$\frac{-\ a^4 \,..}{y^3}$$

fietque $v \ \boxed{\dfrac{-5y^4 - a^4}{2y^3}} \sqcap \dfrac{\sqrt{+22y^8 + 8a^4y^4 + a^8} + 5y^4 + a^4}{2y^3}$. Jam supra $v \sqcap \dfrac{xa^2 + y^3}{y^2}$.

Ergo $2xy \sqcap \sqrt{\ldots} + \underbrace{5y^4 - y^4}_{4y^4} + a^4$

$$\frac{16y^8 + 8a^4y^4 + a^8 + 6y^8}{4y^4 + a^4} \quad \text{[bricht ab]}$$

9 *(1)* $\quad - \mathrm{vy}$ $\quad$ *(2)* $\quad + \mathrm{vy}$

$\cancel{y^2} - 4\mathrm{vy} + 2\mathrm{v}^2 \fint \dfrac{\mathrm{y}}{2}$ $\qquad$ $\cancel{y^2} - 4\mathrm{vy} + 2\mathrm{v}^2 \fint \dfrac{\mathrm{y}}{2}$

$\cancel{2y} - \cancel{v}$ $\qquad$ $\cancel{2y} - \cancel{v}$

$\dfrac{\dfrac{10\mathrm{vy} + 4\mathrm{v}^2}{2} \text{ vel } \langle\text{—}\rangle\ \mathrm{vy} + 4\mathrm{v}^2 \fint}{2\mathrm{y} - \mathrm{v}}$ $\qquad$ $\dfrac{\dfrac{-8\mathrm{vy} + \mathrm{vy}}{2} \text{ seu } \dfrac{-7\mathrm{vy} + 4\mathrm{v}^2}{2} \fint - \dfrac{7}{4}\mathrm{v}}{2\mathrm{y} - \mathrm{v}}$ Ce qvi

fait: *(a)* y $\frown$ *(b)* $\dfrac{\mathrm{y}^2}{2}$ *(3)* $\dfrac{\mathrm{y}^2 - 4\mathrm{vy} + 2\mathrm{v}^2}{2\mathrm{y} - \mathrm{v})\ \dfrac{\mathrm{y}}{2}}$ *(4)* $\dfrac{2\mathrm{y} - \mathrm{v}, \frown -2\mathrm{v} + \mathrm{y}^2}{2\mathrm{y} + \mathrm{v}}$ *L*

---

9 $\dfrac{-2vy + 2v^2 + y^2}{2y - v}$: Der korrekte Ausdruck wäre $\dfrac{-4vy + 2v^2 + y^2 \frown y^3}{2y - v}$. Der fehlerhafte Term geht in die folgende Rechnung ein. Weitere Rechenfehler, die konstante Faktoren betreffen, kommen hinzu. Die abgebrochene Nebenrechnung hat keine Auswirkung auf die Überlegungen im Haupttext. 2–62,1 Seu … 0: Aus der ersten Gleichung müsste $-y^2$ gestrichen werden. Die von Leibniz versuchte Umformung mit Huddes Methode (vgl. Erl. zu S. 60 Z. 3) ist inkorrekt, und die weiteren Überlegungen auf dieser Basis sind unbrauchbar.

fit: $2va^4 - 2ya^4, - \llcorner\llcorner\llcorner\llcorner v - y \lrcorner \square \lrcorner\lrcorner \frown y^3 \lrcorner\lrcorner\lrcorner \sqcap 0$ et divisis omnibus per $v - y$, fiet $2a^4 - vy^3 + y^4 \sqcap 0$. Ergo $v \sqcap \dfrac{2a^4 + y^4}{y^3}$. Jam supra $v \sqcap \dfrac{xa^2 + y^3}{y}$. Ergo $xy \sqcap 2a^2$. Quod praeclare perfecteque successit; constat enim et dudum a me via synthetica deprehensum est, differentias applicatarum hyperbolae esse homogeneas applicatis hyperbolae secundi gradus. Video ergo hac methodo exitum egregie reperiri.

Miror tamen id processere, cum sit neglectum a me aliquid nempe multiplicatio reliquorum terminorum per 1. 2. 3. 4. 5. 6. An forte quod aequatio quae jam continet duas radices aequales, ut est residua illa, (etiam ablato $v^2a^4 - s^2a^4$,) ut opinor, quia v, pariter et y, sunt duplicis valoris; sed res excutienda accuratius.

$\dfrac{2a^2}{y} - \dfrac{2a^2}{y+\beta} \sqcap \dfrac{2\beta a^2}{y^2 + \beta y}$. Forte priore illa via absolute habetur summa, ut numeris quoque applicari possit, fiat enim data series summanda $\dfrac{\beta a^2}{y^2}$ non $\dfrac{2\beta a^2}{y^2 + \beta y}$ etsi in Geometria $\dfrac{\beta a^2}{y^2}$ et $\dfrac{\beta a^2}{y^2 + \beta y}$ aequivaleant. Illud interim miror seriem summandam fuisse $\dfrac{\beta a^2}{y^2}$, et tamen neglectis multiplicationibus per arithmeticam progressionem reperiri quod fuisse deberet $\dfrac{2\beta a^2}{y^2}$ quae omnia opus habent exacta inquisitione.

Restabit aequatio in qua duae tantum supererunt incognitae v, et y, habebiturque valor ipsius v. absolutus, per y. Quo valore v, in aequatione $x \sqcap \dfrac{y^2v - y^3}{a^2}$ substituto habetur x ope solius y, id est descriptio curvae quaesita.

Eadem methodo sit aequatio: $\dfrac{2a^3}{a^2 + y^2}$ $\boxed{\text{vel } \dfrac{2y^2a}{a^2 + y^2}}$ cujus series si summari posset daretur Tetragonismus, ut alibi inveni:

---

5 *Am Rand:* (Error fuit)

---

3 f. dudum ... est: **[noch]** 19 inveni: Zur Entdeckung des Zusammenhangs zwischen der genannten Reihenentwicklung und der Kreisquadratur vgl. Cc 2, Nr. 1223 A und 563. Zur Aussage über den Zusammenhang vgl. auch III, 1 Nr. 39, insbesondere S. 154–157, sowie N. 35, insbes. S. 130 f. Zur Kreisquadratur siehe auch *LQK*.

Erit $\frac{v-y}{x} \sqcap \frac{2a^2}{a^2+y^2}$, unde $x \sqcap \frac{va^2 - ya^2 + vy^2 - y^3}{2a^2}$, unde eodem modo, caetera investigari necessario possunt, semper enim s^2, statim tolli potest.

Videamus jam aliam calculi speciem, si scilicet ipsa $v-y$. simpliciter habeatur, ut si ponamus $v-y$ seu $PM \sqcap \frac{2a^3}{a^2+y^2}$ tunc pro $s^2 - v^2 + 2vy - 2y^2 - x^2 \sqcap 0$ substitui potest $s^2 - \frac{4a^6}{a^4+2a^2y^2+y^4} - y^2 - x^2$, nimirum pro $-v^2+2vy-y^2$, seu quadrato, $v-y$ substituendo ejus valorem, sed hoc modo aequatio difficilis resolutu est, idque vel inde judicari potest, quod multiplicando certo modo per arithmeticam progressionem sequitur absurdum et falsum, quod probe notandum et accurate excutiendum. Interea hinc observo, ad caetera investiganda ex datis MP, satis esse mutare quaestionis genus et aliam quaerere figuram, in qua data sint $\frac{MP}{MC}$, unde enim sequetur quaesita; ut alibi deprehendi.

Eadem ergo methodo summam ipsarum $\frac{2a^3}{a^2+y^2}$ investigare utile est; ponatur ergo $\frac{v-y}{x} \sqcap \frac{2a^2}{a^2+y^2}$, fiet $x \sqcap \frac{v-y, \frown \llcorner a^2+y^2 \lrcorner}{2a^2}$ et $x^2 \sqcap \frac{v-y,\Box,, \frown a^2+y^2,\Box}{4a^4}$. Eoque valore in aequatione generali substituto, fiet: $s^2 - \llcorner\Box\, v-y\lrcorner - y^2, -\llcorner\Box\, v-y, \frown \frac{a^2-x^2}{4a^4}, \Box$. Unde abjectis cognitis etc.

Sed ut omnia fiant certiora utar exemplis facillimis ut parabolae. Quaeritur summa omnium $\frac{y^2}{a}$, ponatur ergo $\frac{v-y}{x} \sqcap \frac{y^2}{a^2}$. Ergo $x \sqcap \frac{a^2v - a^2y}{y^2}$ et $x^2 \sqcap v-y,\Box, \frown \frac{a^4}{y^4}$. Eoque valore in aequatione generali substituto, fiet: $s^2 - \llcorner v-y\lrcorner\Box - y^2,,, + \llcorner v-y\lrcorner\Box,, \frown -\frac{a^4}{y^4} \sqcap 0$. sive, $s^2y^4 - y^4v^2 + 2vy^5 - y^6 - y^6,, - v^2a^4 + 2vya^5 - y^2a^4 \sqcap 0$. et ordinando:

2 f. potest. *(1)* Facilior est calculus, opinior, *(2)* Videamus *L* 13 f. Eoqve ... $\Box$. *erg. L* 18 fiet: *(1)* $s^2 - v^2 + 2vy$| – *nicht gestr.* | *(2)* s^2 *L*

3 $v-y$. simpliciter: vgl. S. 58 Z. 9 f. 4 $s^2 \ldots 0$: Auch hier müsste $-y^2$ statt $-2y^2$ stehen. 11 deprehendi: **[noch]** 19 $+2vya^5$: Hier wäre a^4 statt a^5 richtig gewesen. Die Rechnung wird zwei Zeilen später abgebrochen.

$$\begin{array}{cccccccccccc} y^6 & - & vy^5 & + & \frac{s^2}{2}y^4 & + & \frac{a^4}{2}y^2 & - & va^5y & - & \frac{a^4v^2}{2} & \sqcap 0 \\ & & & + & \frac{v^2}{2} & & & & & & & \\ +\;2 & + & 1 & & 0 & - & 1 & - & 2 & - & 3 & \end{array}$$

Unde Calculus satis prolixus, sed quid si ipsa v, sumta pro incognita ita fecissemus:

$$\begin{array}{ccc} v^2, & \left\{\begin{array}{l} +2y^5 \\ \underline{+2ya^5} \\ -y^4-a^4 \end{array}\right. v & + \text{ etc...} \\ 2 & 1 & 0 \end{array}$$

fieret aequatio brevissima: $2v^2, \left\{\begin{array}{l} +2y^5 \\ \underline{+2ya^5} \\ -y^4-a^4 \end{array}\right. v \sqcap 0$

sive $v \sqcap +\frac{y^5+a^5}{y^4+a^4}$, eoque valore ipsius v in aequatione superiore substituto,

fiet: $x \sqcap \frac{\cancel{a^2y^5}+a^7-\cancel{a^2y^5}-a^6y}{y^6+a^4y^2}$ ponamus jam differentias ipsarum x, fiet: $\sqcap \dfrac{a^7 - a^6y + a^6e}{y^6 + 6ey^5 + a^4y^2 + 2a^4ey} - \dfrac{a^7 - a^6y}{y^6 + a^4y^2}$,

fiet: $\dfrac{a^6ey^6 + a^6ea^4y^2 - 6a^7ey^5 - 2a^{11}ey + 6ey^6a^6 + 2a^{10}ey^2}{y^{12} + 2y^8a^4 + a^8y^4}$

quod non video quaerendo priori aequationi consentiat, ut proinde necesse sit, subesse quendam in calculo paralogismum.

Experiendum an in methodo communi tangentium liceat non y tantum sed et v, sup-

---

4 Vide finem pag. sequentis, ubi vera denique et infallibilis methodus proposita est quae in eo praeterea excellit, quod transferri potest ad numeros.



[*Fig. 2*]

Nam si quaeritur summa omnium $\dfrac{a^2}{y^2}\left(\dfrac{1}{y^2}\right)$ exempli causa, in numeris tunc quaeritur series polygoni cujusdam seu figurae multilaterae, $ABCDEF$, certam regulam habentis, ita differentiae ordinatarum GC, HD, IE, sint progressionis $\dfrac{1}{y^2}$. Nam considerandum seriem ordinatarum, adjectitiis istis augendam ut polygonum compleatur ac tum demum perpendicularem posse duci PC. Ideoque ab inventa figura seu serie polygoni, seriem haberi triangulorum addititiorum postea subtrahendam, et ita habebitur perfecta numerorum et figurarum conciliatio.

ponere per incognita duarum radicum; Ex. grat. (Schoten. pag. 246) aequatio parabolae determinanda ad duas radices est: $y^2 + ry - 2vy + v^2 - s^2 \sqcap 0$. Ordinavit ille secundum indeterminatam y, ordinemus nos secundum indeterminatam v, fiet: $v^2 - 2vy \begin{array}{l} - s^2 \\ + y^2 \\ + ry \end{array}$ et componendo cum $v^2 - 2ev + e^2$, fiet $v \sqcap +y$. Quod constat esse falsum, idem eveniret multiplicata aequatione per 2. 1. 0. fiet enim $2v^2 - 2vy \sqcap 0$, sive $y \sqcap v$. Opus est proinde ut rationem cur ista non procedant investigemus. Imo jam invenio videoque ipsam v non esse duplicis valoris, considerata figura Cartesii pag. 44, est enim unica $AP \sqcap v$, at tam AQ quam $AM \sqcap y$.

Et hinc jam etiam videre mihi videor, cur non aequatione inventa duarum incognitarum quarum quaelibet duas habet radices aequales, ista forte methodus non procedat, ut determinetur velut si unam tantum haberet lineam unius significationis; videtur methodus determinandi aequationem trium incognitarum ad duas ex eo quod in ea duae sunt incognitae duas habentes radices aequales eadem esse cum methodo ducendi planum tangens superficiem curvam datam.

Et sed videtur altera incognitarum duos valores habentium eliminari posse, ope aequationis $\dfrac{y-v}{x} \sqcap \dfrac{...(x)}{...\ x}$. Sed difficultatem ex eo video, quod scilicet valor earum incognitarum quae duos habent valores aequales, cum valore earum quae tales non sunt, misceri non debeat. Quod si duas saltem v eliminari posse, tunc rursus dubito, est enim v unius valoris, at x et y duorum: calculus esset instituendus, perinde ac si problemata ejusmodi solvere vellemus, ponendo non radices esse aequales, sed habere differentiam quandam datam, quae postea cogitabitur aequalis $\sqcap 0$. Hac methodo res tota in plena luce collocari potest. Atque ita methodum tangentium inversam non minus ac directam hac ratione persequi licebit. Pone enim aequationem unam esse, primo $s^2 - v^2 + 2vy - 2y^2 - x^2$, alteram: exempli causa, $v \sqcap \dfrac{a^2x + y^3}{a^2y^2}$, et v, atque s, esse unius valoris, sed y, et x, esse

20 ejusmodi *erg. L* 22 potest. *(1)* pono ut tam v + y, qvam x duos habeant valores aeqvales *(2)* Atque *L*

1 Schoten. pag. 246: Vgl. Fr. v. Schooten, *Commentarii*, 1659, *DGS* I. 5 per 2. 1. 0.: Vgl. die Erl. zu S. 60 Z. 3. 7 pag. 44: s. R. Descartes, *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 44.

duorum valorum, eosque valores habere differentiam datam, ita ut differentia data inter duos valores ipsius y sit b, et inter duos valores ipsius x sit c. Sed ut v, quae unius est valoris, ope duarum incognitarum duorum valorum determinetur, id videtur impossibile, et est vero, nisi res ita constituta sit, ut quomodocumque duae illae quantitates quatuor, duae x, x et ξ, et duae y, seu y et $\cup$, inter se combinentur ex praescripto aequationis, nempe x, et y, vel x et $\cup$, vel ξ et $\cup$ vel y et ξ[,] ut nihilominus semper idem prodeat nempe v.

Sed de isto quidem non est necesse opinor, ut soliciti simus, nam cum impossibile sit errorem oriri, si pro aliqua quantitate substituatur ejus valor, eliminata v^2, habebimus aequationem hanc, e. g. $s^2 - \dfrac{a^4x^2 + 2a^2xy^3 + y^5}{y^4} + \dfrac{2a^2xv + y^3}{y} - 2y^2 - x^2 \sqcap 0.$ In qua duae sunt incognitae duas habentes radices; et tertia non nisi unam. Et huc scilicet veniendum est ad modum efficiendi, ut x et y, et x et $\cup$, et ξ et $\cup$, et y et ξ, ex praescripto aequationis propositae ultimae combinatae, semper producant idem et quis tunc debeat esse valor ipsius s. In methodo tangentium communi seu directa quaeritur tantum ratio efficiendi, ut una incognita duarum valorum ut y vel $\cup$ in aequatione posita semper proveniat idem. Problema autem in methodo quoque inversa non poterit opinor solvi melius quam per aequationum similium comparationem; nam ecce aequationem in qua x habet duos valores aequales, ergo similis est et est multipla hujus $x^2 - 2ex + e^2, \sqcap 0$. Eodem modo y in ea habet duos valores aequales, ergo similis est multiplae, hujus quoque $y^2 - 2\cup y + \cup^2, \sqcap 0$, ergo similis est multiplae actae ex utraque: $x^2y^2 - 2exy^2 + e^2y^2, -2x^2\cup y + 4ex\cup y - 2e^2\cup y, +x^2\cup^2 - 2ex\cup^2 + e^2\cup^2$ et ordinando: $x^2y^2 - 2exy^2 - 2\cup x^2y + \cup^2x^2 + e^2y^2 + 4ex\cup y - 2\cup^2ex - 2e^2\cup y + e^2\cup^2 \sqcap 0$. Erunt ergo aequationes collatitiae 8, at incognitarum tantum una est in data aequatione. Ergo data aequatio per aliam 7 indeterminatarum multiplicanda est, quae talis sit, ut ea multiplicatione factitiae similis fiat, quo facto conferendo tandem, omnesque incognitas elidendo, ultimae tandem valor invenietur. Possent quoque ambae partiales aequationes factitiae duarum radicum aequalium, per alias aequationes multiplicari, ita moderatis, ut ductis in se invicem productis fiat data, sed nullum inde compendium, satis est ergo productum multiplicari per aliam quandam, quae omnia aut pleraque loca repleat, adhibitis inco-

4 vero, *(1)* nisi vel differentiae *(2)* nisi *L* 14 et ... ipsius s. *erg. L* 18 qva *(1)* aeqvatione tam y *(2)* x *L* 18 est *(1)* et *(2)* | qvae *streicht Hrsg.* | sit *(3)* indeterminatae et *(4)* et *L* 24 7 *(1)* incognitarium *(2)* indeterminatarum *L*

gnitis, unde ponendo illas incognitas evanescere, seu ⊓ 0. Ubi termini scilicet nulli sunt tandem sponte sua aequatio similis fieret. Haec aequatio factitia dici potest habere omnia loca repleta, si scilicet neutra incognitarum dicatur ascendere debere ultra quadratum, revera tamen locus est quadrato — quadraticus, ob ductum in se incognitarum, et eo sensu loca vacari.

Etsi necesse sit tot esse aequationes collatitias quot incognitas, non ⟨ho⟩c necesse, ut quilibet terminus novam peculiariam habeat incognitarum.

Facillima res est, si factitia inventa per aliam repletam, si placet multiplicetur, in qua satis incognitarum, et inde collatitiae instituantur etiam cum terminis absentibus, ita enim etiam quaedam ex incognitis assumtis tolluntur. Si nimius indeterminatarum numerus, possunt superfluae mutari in cognitas.

9. DE TROCHOEIDIBUS GENERIS COMPOSITI
Januar 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 3 Bl. 11–12. 1 Bog. 2°. 1 S. auf Bl. 11 r°. Bl. 11 v°, 12 r° u. 12 v° leer.
Cc 2, Nr. 902

Januar. 1675.

De Trochoeidibus generis compositi.

Trochoeidem voco quaecunque applicatione continua lineae cujusdam curvae rigidae ad aliam lineam (: neque enim hic de motu rotae per planum superficiemve excurrente loquor :), describitur. Linea autem cui applicatur describens, quam possis appellare sustinentem, est aut curva, aut recta; rectam autem nunc quidem supponemus. Rursus descriptio fiet aut ope puncti fixi, aut ope puncti mobilis. Ac primum descriptio per punctum fixum super recta verbo attingenda est, ut altera eo clarius intelligatur.



7 Trochoeidibus *(1)* a puncto variante descri *(2)* compositionibus *(3)* generis *L*
9 rigidae *erg. L* 9 f. (: neque . . . loqvor :) *erg. L* 11 f. supponemus. *(1)* Si recta est sustentans *(2)* Rursus *L* 13 super recta *erg. L*

[*Fig. 1*]

Esto linea describens FG. punctum fixum A. recta super qua fieri debet volutio, sive sustinens sit $G(F)$. Transferatur motu dicta figura AFG in situm $(A)(F)(G)$ eoque motu describetur curva Trochoeides $A(A)$. Ex puncto A ad rectam quae curvam describentem in puncto F tangit, demittatur perpendicularis AQ. Patet eam esse ordinatam Trochoeidis in basin seu rectam sustinentem.

Hinc posito curvam describentem esse analyticam, ex data AF, dabuntur AQ, FQ. Itaque Trochoeidis quoque inde descriptae trium rectarum perpendicularis $(A)(F)$, ordinatae $(A)(Q)$ et reductae $(Q)(F)$ nota invicem relatio erit, et aequatione analytica exprimi poterit; etsi ipsa Trochoeides non sit analytica, id est etsi ordinatarum $(A)(Q)$ ad abscissas $G(Q)$ relatio aequatione explicari non possit, nisi curvae GF magnitudine data. Haec autem qualiscunque et ut ita dicam s e m i a n a l y t i c a curvarum ejusmodi non analyticarum $A(A)$ explicatio in multis analyticam supplet. Nam si alia quaedam reperiatur curva, cujus eadem sit aequatio relationem explicans inter ordinatam et reductam, sequitur eam cum proposita esse eandem. Eodem modo et diversae curvae invicem similes agnosci possunt. Et si quidem ope diversarum curvarum describentium, ad eandem aequationem, qualem dixi relationem inter $(A)(F)$ et $(A)(Q)$ explicantem perveniri potest; hae duae curvae invicem dimensione pendebunt. Unde quam vastus aperiatur novae Geometriae campus Analyticus sagax facile judicabit, praesertim si eadem ope Trochoeidum compositi generis, ad quae nunc progrediar in immensum proferri cogitet.

Ostendam enim unius ejusdemque curvae analyticae ope tot alias decribi posse curvas semianalyticas ex Trochoeidum genere quot curvae analyticae sunt in rerum natura. In tanta autem multitudine infinitis utique modis evenire necesse est ut diversarum quarundam Curvarum describentium inter se coincidant Trochoeides. Satis tamen compertum habeo, impossibile esse, ut datis duabus quibuslibet curvis una utrique communis Trochoeides semianalytica reperiatur, alioquin enim omnes curvae ad unam reduci possent; et unius dimensione habita, uti certe habetur multorum, haberentur omnes: quod impossibile esse scio. Itaque impossibile est, ut exempli causa parabolae Heuratianae et Apollonianae communis Trochoeides semianalytica reperiatur.

Porro ut hoc Trochoeidum genus novum intelligatur sumto quolibet in curva descri-

2 Esto *(1)* figura describens AFG. *(2)* linea *L* 3 GF *L ändert Hrsg.* 10 ipsa *1)* curva *(2)* Trochoeides *L* 11 f. nisi ... data *erg. L* 14 cuius *(1)* eadem sit proprietas *(2)* ea *(3)* eadem *L* 28 f. et *(1)* Archimedeae *(2)* Apollonianae *L*

bente puncto F, recta per punctum constans A trajecta producatur dum curvae cuidam BC, occurrat in B. Unde in tangentem curvae ad F, seu in r e c t a m v o l u t i o n i s demittatur perpendicularis $(B)(D)$ ea erit trochoeidis descriptae ordinata. Itaque quot diversae substitui possunt curvae excipientes BC, tot diversae trochoeides unius ejusdemque curvae volutione describi possunt. Imo et situs unius ejusdemque c u r v a e e x c i p i e n t i s diversus aliam atque aliam faciet Trochoeidem $(B)((B))$. Quoniam autem ipsa $(F)(B)$ non est perpendicularis ad curvam $(B)((B))$ superest, ut in eam inquiramus.

10. ANNOTATIO AD METHODUM TANGENTIUM
[Oktober 1974 – Januar 1675]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 2 Bl. 62. 1/2 Bl. 4°. Ca. 1/2 S. auf Bl. 62 v° unten. Auf Bl. 62 r° VII, 3 N. 38_{16} tlw. sowie eine Aufzeichnung zur Pendelbewegung (Druck für Reihe VIII vorgesehen).
Cc 2, Nr. 543 tlw.

Datierungsgründe: Die Schrift der zu VII, 3 N. 38_{16}, dat. Oktober 1674, gehörigen Gleichungen auf Bl. 62 r° oben schlägt stark auf die Rückseite durch. Auf dieser ist Fig. 1 von N. 10 auf eine davon kaum beeinträchtigte Stelle der oberen Hälfte des Blattes geschrieben, Fig. 2 und der Text des Stückes auf die freie untere Hälfte, also wohl erst nach diesen Gleichungen. Die Aufzeichnung zur Pendelbewegung auf Bl. 62 r° ist weitgehend in den restlichen Freiraum geschrieben und dürfte zuletzt entstanden sein. Mit der Tangentenmethode von Descartes, die in N. 10 auftritt, beschäftigt sich Leibniz vorwiegend in der Zeit von Oktober 1674 bis Januar 1675. **[noch]**



[*Fig. 1*]



[*Fig. 2*]

$p^2 + y^2 \sqcap s^2$. Jam $\dfrac{w}{\beta} \sqcap \dfrac{p}{y}$, et posito w dari, seu esse v. g. $\sqcap \dfrac{a^3}{x^2 + \frac{1}{2}\beta x}$ fiet $p \sqcap$

$\dfrac{a^3y}{x^2\beta+\dfrac{1}{2}\beta^2x}$, et $p^2 \sqcap \dfrac{a^6y^2}{x^4\beta^2+x^3\beta^3+\dfrac{\beta^4x^2}{4}}$ et fiet:

$4a^6y^2+4x^4\beta^2y^2+4x^3\beta^3y^2+\beta^4x^2y^2 \sqcap 4x^4\beta^2s^2+4x^3\beta^3s^2+\beta^4x^2s^2$ quae determinanda est ad duas radices aequales.

11. METHODUS TANGENTIUM INVERSA NUNC TANDEM EXPLICATA
Januar 1675

11_1. METHODUS TANGENTIUM INVERSA NUNC TANDEM EXPLICATA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 2 Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S. Schlussabschnitt (S. 79 Z. 9–21) auf den Rand von Bl. 1 v° geschrieben. Datum und Überschrift ergänzt.
Cc 2, Nr. 903 tlw.

Januar. 1675.

Methodus Tangentium inversa nunc tandem explicata



[*Fig. 1*]

Esto AD vel $AE \sqcap x$, et DG vel $EL \sqcap y$ et $PC \sqcap s$. et $AP \sqcap v$. Erit $BP \sqcap v - x$. Jam $v^2 - 2vx + x^2 + y^2 - s^2 \sqcap 0$ ubi vero tam y, quam x duos habeat valores nempe y

11 nempe *(1)* AD, et AE *(2)* y *L*

9 *Fig. 1*: vgl. Descartes, *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 44 f. Zu den Punkt- und Streckenbezeichnungen vgl. auch S. 40 f.

significat tam DG, quam EL, et x tam AD, quam AE.

Sit alia quaedam aequatio data; ea sane admitti potest, si non nisi relationem inter AD et DG vel AE, et EL. exprimat; sed regulariter admitti non potest, ut in ea ipsa aequatione rursus contineatur $\underline{v}$, vel $\underline{s.}$ Illud inprimis fieri non potest, ut in secunda aequatione data, una tantum contineatur ex indeterminatis; eo ipso enim quia valor ejus per ipsas s. et v. quae hoc loco pro determinatis habentur, explicari potest, illa ipsa indeterminata, fiet ex hac suppositione determinata. Ante omnia ergo necesse est ut in alteram illam aequationem duae ingrediantur indeterminatae, x et y. Insistamus huic methodo quantum licet. Reassumamus ergo.



[*Fig. 2*]

Esto curva quaelibet: GLC. referenda ad rectam AR a puncto fixo A indefinite progredientem. In qua sumta recta AP, quae data intelligatur, $\sqcap$ v, et intervallo PG etiam dato $\sqcap$ s. describatur arcus Circuli GL occurrens curvae in duobus punctis G et L. Jungatur LG arcus hujus chorda, quae producta ipsi AP occurrat in T. et ex P agatur in GL normalis PS. Ex punctis G. L. demittantur perpendiculares in directricem AR, nempe GD, LE. et ex G. demittatur GW, perpendicularis ad EL, aequalisque ipsi DE. Ipsas AD, vel AE, appellemus x, et ipsas DG vel EL appellemus y. cum sint ordinatae

4 ut *(1)* tam v *(2)* in ea sola ex incognitis contineatur una, v. g. x. *(3)* in *L* 5 ex *(1)* incognitis *(2)* indeterminatis *L* 13 f. L. *(1)* recta LG conti *(2)* jungatur *L* 17 x, *(1)* intelliga *(2)* cum sint ordinatae *(3)* et *L*

et abscissae unius ejusdemque curvae GLC. Et hoc quidem modo patet, si dentur AP, seu v, PG seu s. et curva praeterea positione, dari positione et puncta $G.L.$ adeoque problema esse definitum, et dari etiam rectas $AD, AE; DG, DP$.

Sed ponamus dari rectam AD vel DG, eo ipso si caetera omnia dantur dabitur et AE, vel EL. Attamen hac inquisitione numquam hic utemur, sed semper ponemus AD et AE, et DG, EL, unam eandemque incognitam, itaque sumendo AD vel AE, dataque positione curva, eo ipso invenientur AP, PL. Juncta enim GL et bisecta perpendicularis SP dabit punctum P. Quodsi punctum P. jam detur, necesse est ipsas DG et EL, non dari, neque adeo relationem inter x et y, seu AD et DG. Porro semper ex natura circuli dabitur haec aequatio ut supra: $v^2 - 2vx + x^2 + y^2 - s^2 \sqcap 0$.

Jam si velimus dari DP, vel quod idem est dari AP, ex data AD, necesse est dari eodem modo ex data AE. Si volumus servare cöeptam characteristicam, ut scilicet x, significet aeque quamcunque abscissam quare cum eadem linea AP, componatur eodem modo ex duabus AD, et AE, componetur eodem modo ex omnibus, quemadmodum in aliqua figura latus rectum eodem modo componitur ex qualibet ordinata et abscissa. Cumque impossibile sit eodem modo componi ex omnibus abscissis, nisi et ingrediatur ordinata ut duae sint indeterminatae componentes unicam indeterminatam, ideo servato valore universali ipsius x vel y. necesse est s. non nisi ex ambabus simul componi. Sed hinc jam malum illud ingens, quod sit eadem AP, quae componitur eodem modo ex duabus, ergo erit et eadem quae componitur eodem modo ex omnibus. Quod est contra institutum, neque enim illud volumus eandem AP pro omnibus esse abscissis et ordinatis, sed eandem AP, pro duabus, et aliam AP esse pro aliis duabus.

Itaque ut servemus indeterminatas, non abscissis vel ordinatis; sed earum paribus aut independentibus imponenda essent haec nomina. Quod vero fieri non debet neque enim ita unquam veniemus ad aequationem determinandam ad duas radices aequales.

1 GLC. *(1)* Fingamus jam *(2)* Et *L* 3 definitum *(1)*; sed si qvid horum desit, pro *(2)*, et *L* 3 f. DP *(1)* qvoniam *(2)* Sed *(a)* et *(b)* ponamus aliqvid ex caeteris deesse; seu non dari, | et *streicht Hrsg.* | *(3)* Sed ponamus *(a)* eius loco *(b)* dari *L* 5 EL. *(1)* ideoqve non *(2)* sed *(3)* attamen *L* 8 P. *(1)* ex *(2)* aliunde non *(3)* jam *L* 17 sint *(1)* curvae, ideo *(2)* incognitae *(3)* indeterminatae *L* 24 aut independentibus *erg. L* 24 non *(1)* potest *(2)* debet *L*

10 haec aequatio: Die angeführte Gleichung ergibt sich für alle Kurven, wenn man die Bezeichnungen aus R. Descartes, *a. a. O.* S. 40 f. wählt.

Nam si exempli causa rem reducamus ad aequationem in qua v. g. e GL inquiratur AP. neque ullae aliae incognitae ingrediantur; nondum inde exitum video ullum etsi haec consideratio sit satis memorabilis.



[*Fig. 3*]

Fingamus curvam quamlibet SC ad quam Tangens TS. Nota TS hic respondet AP figurae superioris. Centro S. intervallo SD, vel SE, describatur circulus rectam AR secans in duobus punctis $D. E$. Unde in ipsam TS. ducentur perpendiculares DF, EM. Patet jam TF, TM respondere AD, AE, figurae superioris et DF, EM. ipsis DG, EL et SD vel SE ipsis PG, PL. Itaque TF vocetur $x, FD \sqcap y$. $TS \sqcap v$. $SD \sqcap s$. Hinc jam inveniri poterit aequatio determinanda ad duas radices aequales.

Sed considerandum id nihili esse, quoniam conditio illa non est ingressa calculum, quod TS sit alicujus curvae tangens. Nam si ingressa fuisset haec conditio, rem absolvissemus sane si $(T)(F)$ esset alia quaedam tangens (distincta a TM,) ad quam $D(F)$ perpendicularis; tunc equidem apparet lineam $(F)SC$ esse curvam, sed non potest veniri ad aequationem duarum radicum aequalium. Et certe frustra inquiritur in methodos, quae si succederent in omnibus Curvis succederent, quod est impossibile. Opus enim qua-

5 *(1)* | Si fingamus exempli causa *streicht Hrsg.* | *(2)* ponamus dari *(3)* fingamus *L* 5 TS *(1)* et perpendicularis PS. *(2)* nota *(a)* TS *(b)* T hic respondet puncto A, TS rectae *(c)* TS *L* 14 lineam | FSC *ändert Hrsg.* | esse *L*

dam particulari in quibusdam tantum curvis succedente methodo; sed quae in proposita qualibet ostendat an res succedat an non.

Et ita tandem inani spe inveniendi per duas radices aequales serierum summas, et figurarum quadraturas sum liberatus; rationemque detexi cur sic ratiocinari non liceat, quod me diu satis vexavit.



[*Fig. 4*]

An sic: sit curva $ABCDE$ duo ejus latera infinite parva BC, CD. duo tangentes in eodem puncto C secantes $TBC, \Theta CD$. Centro C, radio $CD \sqcap CE$ describatur circulus secans rectam AR in punctis $D. E$. Ponatur data relatio inter TF, et DF vel inter ΘM et $EM, \Theta M$ vel $TF \sqcap x$. et EM vel $DF \sqcap y$. $TC \sqcap v$. $\Theta C \sqcap (v)$. Sed TF vocabo $x, DF\, y$. Et $\Theta M\,(x)$ et $EM\,(y)$. $FC \sqcap v - x$. et $MC \sqcap (v) - (x)$. $DC \sqcap s$.

$$s^2 \sqcap \boxed{y^2} + v^2 - 2vx + x^2 \sqcap \boxed{y^2} + (v)^2 - 2(v)(x) + x^2$$

Malum in eo, quod non potest una obtineri aequatio, qua derivetur s. eodem modo

10 (v). *(1)* et FC $\sqcap$ *(2)* Sed *L*

6 *Fig. 4*: Die Punktbezeichnungen D und E werden doppelt verwendet. Für die Argumentation spielen nur die auf ΘR gelegenen Punkte eine Rolle. 12 s^2: In der folgenden Gleichung wäre nach dem 2. Gleichheitszeichen $(y^2) + (v)^2 - 2(v)(x) + (x)^2$ richtig gewesen.

ex TF, DF, quo ex $\Theta M, EM$. Nimirum hoc modo fit una praeterea incognita v, nempe aequatio est: $s^2 \sqcap y^2 + v^2 - 2vx + x^2$ et unam ex his tribus, y. x. v. elidendo ope datae aequationis, restabit aequatio in qua duae sunt incognitae capitales, et utraque duas habet radices aequales, formula itaque inde proveniens ordinanda est utroque modo ad duas radices aequales, atque ita invenientur s, et v per x si (ablata jam ante y,) ordinentur omnia secundum x. Vicissim invenientur s. et x per v, si ordinentur omnia secundum v. Quod si ergo relationes duae inter x et v. inter se consentiant, possibile est problema, et habebitur relatio inter ordinatam et perpendicularem.

Sed si quaeramus relationem inter ordinatam et abscissam non ΘM, vel TF, sed ΘD, et ΘE adhibebimus quas ingredetur x, abscissa, quippe earum pars ex TD^2 vel ΘE^2 subtrahendo DF^2 vel EM^2, habebimus TF^2 vel ΘM^2, quibus addemus novam incognitam FC vel CM unde erunt incognitae ambiguae quatuor: ΘC vel TF, AD vel AE, DF vel EM, FC vel MC, et una fixa DC vel $EC \sqcap s$. Unde unam elidendo ex data problematis conditione restabunt incognitae ambiguae tres quarum quaelibet duos habet valores aequales, itaque secundum singulos ordinanda aequatio est, quod si consentiunt calculi provenientes solutum est problema; sin minus impossibilis habenda est aequatio quae naturam curvae quaesitae exhibeat.

Hic nota si duae datae essent conditiones, non ideo numerum ambiguarum deminui posse, sed proceden[dum] quasi duo essent problemata et videndum an calculus consentiat. Quia una conditione res est satis determinata.

Vide haec melius tradita schedula addita sub signo ♋.

11_2. APPENDIX METHODI TANGENTIUM INVERSAE NUNC TANDEM EXPLICATAE

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 2 Bl. 2. 1 Bl. 2°. Papier unvollständig geschöpft, es fehlt ein halbmondförmiger Ausschnitt am rechten Rand. 1 S. auf Bl. 2 r°. Datum und Überschrift ergänzt. Am linken Rand Figur außerhalb des Textzusammenhangs (s. u. S. 81

6 f. v. *(1)* Reperitur ergo valor ipsius *(2)* qvod *L* 12 ΘC vel | TD *ändert Hrsg.* |, AD *L*

21 schedula addita: vgl. 11_2.

Z. 6). Auf Bl. 2 v° N. 11_3.
Cc 2, Nr. 903 tlw.

Appendix Januar. 1675. methodi Tangentium inversae nunc tandem explicatae



[*Fig. 1*]

TF vel $\Theta M \sqcap x$. DF vel $EM \sqcap y$. $CD \sqcap CE \sqcap s$. $AC \sqcap v$. FC vel $MC \sqcap t$. Ex datis TF. FD. AC quaeritur CD. Videndum an hoc satis determinatum. Quod ita patebit, centro A, radio AC, describatur circulus[,] inde datus angulus rectus TFD extremitati lineae rigidae PFT affixus circa quodlibet in circumferentia circuli sumtum punctum C tamdiu agatur, simulque et sursum ac deorsum moveatur, donec puncta T. et D. cadant in rectam ΘAE. directricem. Quod cum dato quolibet puncto C. obtineri possit, patet non esse problema determinatum, nisi alia accedat data v. g. FC. Itaque ex TF. FD. FC. AC. datis, quaeritur CD. Eodem autem modo quo ex his invenietur $CD\,(\sqcap CE)$ eodem modo etiam ex $\Theta M, ME, MC, AC$ invenietur CE, seu CD. Itaque habebitur aequatio ubi tres ambiguae seu duplicis valoris, nempe x. y. t. et duae simplicis valoris, nempe s et v. Una autem ex his tribus, nempe ex x. y. t. poterit eliminari,

6 CD. *(1)* centro A radio AC fingatur *(2)* videndum *L* 11 FC. *(1)* aut etiam qvaedam relatio *(2)* itaqve *L*

ex problemate scilicet dato; itaque restabit aequatio duarum ambiguarum, et duarum simplicium indeterminatarum. Quam secundum utramque ex ambiguis determinabimus ad duas radices aequales, ordinando nunc secundum unam, nunc secundum alteram; et secundum utramque ordinationem, arithmetica progressione (compendio Huddenii) multiplicando praeter datam ergo, habebuntur adhuc duae aequationes, ope harum multiplicationum; id est habebuntur aequationes tres. Ergo duae quantitates ambiguae tolli poterunt duobus modis; nam tollantur primum una ope unius aequationis, inde altera bis, ope reliquarum duarum, restabunt tantum duae, nempe v et s. idque duobus modis, necesse est ergo inter se consentire hos duos modos atque coincidere; quo facto solutum erit problema, — et habebitur modus describendi Geometrice curvam quaesitam. Sin vero non consentiant, pro certo habendum est, problema esse impossibile sive naturam curvae quaesitae nulla ejusmodi aequatione relationem s et v continente, exprimi posse. Experienda haec methodus in quibusdam problematis methodi tangentium inversae jam a posteriori notis. Hinc etiam semper haberi potest methodus inveniendi curvam quam proxime satisfacientem. Etiam forte ope hujus methodi inveniri possunt ejusmodi solutiones ex hypothesi cujusdam quadraturae.

6–16 *Am Rande Figur ohne Bezug zum Text:*



6 tres. *(1)* qvarum ope tollentur *(2)* Ergo *L* 7 primum *(1)* ope duarum aeqvationum, *(2)* una *L*

4 compendio Huddenii: vgl. J. Hudde, *Epistolae duae*, 1659, *DGS I* S. 436–439 u. S. 507–516. Auch S. 83 Z. 15 wird auf dieses Verfahren Bezug genommen.

11_3. DE METHODO TANGENTIUM INVERSA. JANUAR. 1675. PARS II[DA]

Überlieferung: *L* Konzept LH 35 VIII 2 Bl. 2. 1 Bl. 2°. 1 S. auf Bl. 2 v°. Auf Bl. 2 r° N. 11_2. Cc 2, Nr. 903 tlw.

De Methodo tangentium inversa. Januar. 1675. pars II[da]



[*Fig. 1, tlw. Blindzeichnung*]

$DC \sqcap s$. $AC \sqcap v$. Jam $TA^2 - AQ^2 \sqcap TQ^2$. $v^2 - AQ^2 \sqcap QC^2$. $\dfrac{TQ}{AQ} \sqcap \dfrac{TQ+QF}{DF}$ sive $\dfrac{TQ}{AQ} - \dfrac{TQ}{DF}, \frown\ DF \sqcap QF$. $FC \sqcap \dagger\sqrt{v^2 - AQ^2}(\dagger)\dfrac{TQ \frown DF - TQAQ}{AQ}$. et $DC^2 \sqcap s^2 \sqcap v^2 - AQ^2(\dagger\dagger)DF - AQ \frown \dfrac{TQ}{AQ}\, 2\sqrt{v^2 - AQ^2},, + DF^2 - 2DF, AQ, + AQ^2, \dfrac{TQ^2}{AQ^2},,, + DF^2$. In qua aequatione duae sunt simplicis valoris, nempe s et v, reliquae tres, AQ, DF, TQ.

9 sunt *(1)* fixae ac *(2)* simplicis valoris *(a)* indeterminatae *(b)*, nempe *L*

5 *Fig. 1*: Die gesuchte Kurve durch C (und A) ist nicht in der Figur enthalten. AQ und DF stehen senkrecht auf TC; TC ist als Tangente an die gesuchte Kurve zu verstehen.

duplicis, ut ex figura paginae praecedentis patet. Res eodem redit, si ut TQ elidamus, ingredi calculum malimus TA. Item si nolimus uti DF possumus uti AD. Fiet enim: $\dfrac{QF}{AD} \sqcap \dfrac{TQ}{TA}$. Ergo $QF \sqcap \dfrac{TQ, AD}{TA}$. Atque ita neque AQ, neque DF utemur. Ergo $AQ^2 \sqcap TA^2 - TQ^2$. et $QC^2 \sqcap AC^2 - AQ^2 \sqcap AC^2 - TA^2 + TQ^2$ et erit: $FC \sqcap \dfrac{\dagger\sqrt{AC^2 - TA^2 + TQ^2}\; TA(\dagger) - TQ, AD}{TA}$ et $\dfrac{DF}{AQ \sqcap \sqrt{TA^2 - TQ^2}} \sqcap \dfrac{TA + AD}{TA}$. Ergo $DF \sqcap \dfrac{TA + AD, \sqrt{TA^2 - TQ^2}}{TA}$. Ergo $DC^2[, TA^2]$ seu $s^2TA^2 \sqcap +AC^2 - TA^2 + TQ^2,$ $TA^2,, \dagger\ (\dagger) - 2TA, TQ, AD, \sqrt{AC^2 - TA^2 + TQ^2} + TQ^2, AD^2,,, + TA^2 + 2TA, AD, + AD^2,, \frown TA^2 - TQ^2$.

Unde cum rursus alia opus sit quadratione ad calculum purificandum; satis intelligi potest, posteriorem calculum priore nihilo esse compendiosiorem, imo fortasse priorem compendiosiorem esse. Obtenta ergo denique aequatione pura, et aliqua ex tribus ambiguis, AQ, DF, TQ vel TA, TQ, AD ope proprietatis tangentium datae ad curvam quaesitam, elisa; restabit aequatio duarum ambiguarum, determinanda ad duos utriusque ambiguae valores aequales. Itaque nunc secundum unam, nunc secundum alteram ordinata multiplicabitur ad duas radices aequales, methodo Huddeniana, itaque habebuntur aequationes tres, data, facta ex data secundum unam ordinationem, facta ex data secundum alteram ordinationem. Ope factae ex data secundum unam ordinationem, inveniatur unius ex ambiguis valor, et elidatur ambigua, illa ex data; ope factae ex data secundum alteram ordinationem elidatur altera ambigua; et habebitur aequatio in qua nulla restabit ambigua.

Inspice exempli causa has tres aequationes[:] $x+y+a \sqcap 0$. $x^2+y^2+b \sqcap 0$. $y^2+x+c \sqcap 0$. Ope primae aequationis habebitur valor ipsius x. Substituatur is in secunda et tertia, elisa erit x. Restabunt aequationes duae, in quibus non nisi una incognita erit y. Itaque quaerendo valorem ipsius y tam secundum unam, quam secundum alteram, necesse est oriri

12 AD *(1)* ope problematis dati particularis elisa, restat aeqvatio *(2)* ope *L* 15 ordinata *(1)* semper *(2)* multiplicabitur *L*

1 figura: s. *Fig. 1* in N. 11$_2$. 15 methodo Huddeniana: vgl. die Erl. zu S. 81 Z. 4.

aequationem identicam, sive coincidere hos duos valores; sin minus problema erit impossibile, non quidem absolute, attamen per calculum analyticum. Quod si aliquo casu felici fiat, ex natura problematis, ut ope conditionis sive proprietatis datae tollantur ex aequatione proposita ambiguae duae, tunc certum erit utique problema esse possibile. Itaque inquirendum subtilius, quaenam proprietates tangentium sint hujusmodi; item, an obliquato problemate, supposita aliqua quadratura aut dimensione curvae, veniri possit ad ejusmodi destructionem. Hoc enim jam superest maxime inquirendum quomodo problemata Tangentium inversa reducantur ad simplicissimas Quadraturas vel curvarum in rectum extensiones. Item videndum an ope quantitatum arbitrariarum effici possit, ut obtineatur sub finem duorum calculorum coincidentia. Denique ista ad numerorum quoque summas transferri possunt.

11_4. DE METHODO TANGENTIUM INVERSA PARS III$^{\text{TIA}}$

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 2 Bl. 3–4. 1 Bog. 4°. 4 S.
Cc 2, Nr. 904

Januar. 1675.

De Methodo Tangentium inversa pars III$^{\text{tia}}$

Duabus prioribus schedulis rem antea desperatam effeci, ut problemata Tangentium inversa, seu modi inveniendi figuram, data tangentium proprietate, ad calculum analyticum revocarentur; secunda earum inprimis, ubi ostendi regulariter problemata methodi tangentium inversae revocari ad aequationem quam ingrediantur indeterminatae quatuor, ex quibus duae sunt capitales, duae vero incidentes. Et duae capitales sunt

1 *Über* valores: error

19 revocarentur; *(1)* ultima *(2)* posteriore *(3)* secunda *L* 21 sunt *(1)* incognitae *(2)* capitales *L*

17 prioribus schedulis: N. 11_{1-2} und N. 11_3.

ambiguae sive duos habent singulae valores aequales. Itaque aequatio primum secundum unam, deinde secundum alteram ordinanda, et semper Huddeniano more ad duas radices aequales multiplicanda est. Habebuntur aequationes tres, quarum unius ope ex duabus reliquis tolletur una indeterminatarum capitalium; restabunt aequationes duae, quarum cum quaelibet eandem habeat indeterminatam capitalem, ope unius ex ipsis valor ejus quae restat capitalis habebitur; et in altera in ipsius capitalis locum substituetur; atque ea aequatio in qua substitutus est valor, nullam amplius ex duabus illis incognitis capitalibus habebit, sed residua aequatio nullas habebit indeterminatas praeter incidentes, quae tamen eae ipsae sunt quas potissimum quaerebamus.

Et ita quidem videtur semper haberi posse quod desideramus, regulariterque solvi poterunt problemata tangentium inversa; nisi subsit aliquid quod nos turbet, quod quale sit nondum satis judico. Fieri equidem potest quibusdam casibus, ut una sola aequatio tollat duas incognitas; et ut duae incognitae reapse non nisi pro una haberi possint, et eo casu calculus exitum reperire sane non potest, ut si sit aequatio $y^2+2yx+x^2+bx+by-a^2 \sqcap 0$. Nam in hac aequatione duae sunt in speciem incognitae y et x, reapse non nisi una est: $y+x \sqcap z$. Perinde enim est ac si diceres: $z^2+bz-a^2 \sqcap 0$. Saepe nimirum fiet ut una quadam linea recta incognita sive quaesita sumta, fiat aequatio unius incognitae; cum alias sit duarum incognitarum apparentium, ut si sit aequatio: $+y^2 \begin{array}{l}+2y\sqrt{ax}\\ +\ b\ \ldots\end{array} + ax + by + a^2 \sqcap 0.$

Et adhuc ordinando: $y^2 + ax + by + a^2 \sqcap \begin{array}{l}-2y\sqrt{ax}\\ -\ b\ \ldots\end{array}$ sive quadrando:

$$y^4 \begin{array}{l}+2a\\ -4a\ \ldots\end{array} y^2x + 2by^3 + 2a^2y^2, + a^2x^2 \begin{array}{l}+2ab\\ -4ba\ \ldots\end{array} yx \begin{array}{l}+2a^3\\ -b^2a\ .\end{array} x, + 2b^2y^2 + 2ba^2y, + a^4 \sqcap 0$$

1 Itaqve *(1)* viden *(2)* multiplicando aeqvation *(3)* aeqvatio *L* 3 tres, *(1)* incognitarum *(2)* indeterminatarum *(3)* qvarum *L* 4 una *(1)* incognitarum, restabu *(2)* incog *(3)* indeterminatarum *L* 11 turbet *(1)* qvod non *(2)* idqve *(3)* qvod *L* 18 si *(1)* dicas $y + \sqrt{ax} \sqcap z$ *(2)* sit *L* 19 adhuc *(1)* tollendo *(a)* ra *(b)* irrationalem *(2)* ordinando *L*

2 Huddeniano more: vgl. J. Hudde, *Epistolae duae*, 1659, *DGS* I S. 436–439 u. S. 507–516. Auf Huddes Verfahren wird auch S. 98 Z. 7 f. Bezug genommen.



[*Fig. 1*]

Haec aequatio duarum in speciem incognitarum, non est revera nisi unius. Sint enim lineae, data $a \sqcap AB$. quaesitae $y \sqcap BC$, et $x \sqcap AD$. Circa AB diametrum describatur circulus AFB, ita ut FD sit perpendicularis ad AB. Juncta AF erit $\sqcap \sqrt{ax}$ et producta FAG, dum AG aequetur ipsi BC erit $GF \sqcap y + \sqrt{ax}$. Quae si appelletur z, et ipsa z seu GF velut incognita quaeratur, aequatio producta in speciem tam alta, duarum incognitarum, ad unam redibit incognitam valde simplicem: $z^2+bz+a^2 \sqcap 0$. Unde apparet saepe fieri, ut aequatio duarum appareat incognitarum, nec sit tamen, atque ita fiat, ut existentibus eo casu duabus aequationibus problema fiat impossibile. Oblata autem aequatione ejusmodi res ita apparebit, si ex ea unius incognitarum valorem extrahere laboremus, quaerendo aequationis radicem, ita enim eadem opera inveniemus duarum valorem: v.g. $y^2 + 2yx + x^2 + by + bx - a^2 \sqcap 0$.

$$\begin{array}{lllll} \text{Ergo}: & y^2 & +\ 2xy & +\ x^2 & \sqcap 0 \\ & & +\ b\ \ . & +\ bx & \\ & & & -\ a^2 & \end{array}$$

$$\begin{array}{lllllll} \text{Unde}: & y^2 & +\ 2xy & +\ 4x^2\ \sqcap & 4x^2 & -\ x^2 & \text{unde extrahi potest radix etc.} \\ & & +\ b\ \ . & +\ 4xb & +\ 4bx & -\ bx & \\ & & & +\ b^2 & +\ b^2 & -\ a^2 & \end{array}$$

Sed jam video hic lapsum me, dum credo certis casibus problema esse nimis deter-

3 AD. *(1)* Centro B radio BA describatur ci *(2)* circa *L* 19 credo *(1)* problema *(2)* duas tantum incognitas locum habere *(3)* certis *L*

1 *Fig. 1*: Leibniz hatte zunächst (vgl. Stufe 1 der Variante zu Z. 3) einen Halbkreis mit Radius BA gezeichnet, DF bis zum Schnittpunkt mit dem Halbkreis verlängert und die Verbindungsstrecke zu A gezogen. Anschließend hat er den Halbkreisbogen gestrichen. Es werden nur die gültigen Elemente der Figur wiedergegeben.

minatum, quando certo valore novae incognitae assumto, ex aequatione duarum incognitarum fieri potest una, jam enim video id semper fieri posse, semper scilicet posse lineam duci qua pro incognita assumta, ex aequatione duarum incognitarum fiat aequatio incognitae unius, nimirum unius illius incognitae ratione problema est determinatum; non vero ratione duarum ex quibus componitur ejus valor, quemadmodum fieri potest, ut duarum linearum ignotarum summa sit nota etc.

Hinc jam sequitur si sint aequationes duarum vel etiam plurium incognitarum (+ ita posset etiam methodus Tangentium inversa tractari methodo Fermatiana), quarum quaelibet duos habeat valores aequales; semper posse reduci aequationem ad unicam duos tantum valores aequales habentem, quia semper linea aliqua poterit duci, cujus solius duplex valor sufficiat. Itaque tum demum impossibilis reddi potest aequatio, cum unius aequationis ope tolli possunt incognitae duae.

Caeterum in exempla inquiramus in quibus certum est aliunde exitum haberi: Quaeritur curva, in qua sit reducta semper constans.

2 video | id *streicht Hrsg.* | id *L* 5 valor *(1)* non itaqve *(2)* qvemadmodum *L* 7 f. (+ ita ... Fermatiana) *erg. L* 9 f. unicam *(1)* unius tantum valoris *(2)* duos *L*

8 methodo Fermatiana: Leibniz bezieht sich vermutlich auf die Darstellung der Tangentenmethode Fermats in Fr. v. SCHOOTEN, *Commentarii*, 1659, *DGS* I S. 253–255. 14 reducta semper constans: Die zugehörige Kurve ist eine Parabel; vgl. VII, 3 N. 39, S. 560–562 sowie unten S. 97 Z. 13 ff.



[*Fig. 2a*]



[*Fig. 2b*]



[*Fig. 2c*]

Esto directrix $G\Theta TADEHLPR$, in qua punctum fixum A. Tres curvae quaesitae tangentes $TC, \Theta CB, GB$. latus unum infinite parvum CB determinantes. Jungantur rectae AC, AB. Centro C, radio quolibet CD. describatur arcus circuli secans directricem in duobus punctis D. E. Eodem modo centro B radio BH describatur arcus circuli secans directricem in duobus punctis, H, L. Quod si intervallum DE ponatur infinite parvum,

3 unum *(1)* indefinite *(2)* infinite *L*

vel etiam HL. idem est ac si recta CD vel CE, item BH et BL esset ad directricem perpendicularis seu ordinatim applicata. Ipsi TC tangenti perpendicularis CP directrici occurrat in P, et ipsi ΘCB alteri tangenti perpendicularis BR, eidem occurrat in R, erunt reductae DP, et HR, inter se aequales.

Quo posito quaeritur natura hujus curvae, seu relatio ipsius CD, ad ipsam AC. Nimirum ducantur perpendiculares DF, EM, HN, LQ. Patet parallelas esse, DF, CP, item EM, HN, BR. Investigetur DC, ex DF, TF, TA (vel aliter,) habebitur CD, eodem modo ex EM, ΘM, ΘA fiet $CE \sqcap CD$. Unde aequatio trium incognitarum ambiguarum (quarum una elidi potest). Similiter rursus ex $HN, \Theta N, \Theta A$, investigetur BH, et eodem modo ex LQ, GQ, GA investigetur BL. Ita alia rursus aequatio.

Sed jam video Tribus istis Tangentibus, duobusque punctis curvae, non esse opus, nisi quando quaerimus progressiones illas in se continue reflexas, cum terminus sequens derivatur ex antecedente; ubi fieri potest etiam ut duobus sit opus lateribus, et tribus punctis et quatuor tangentibus ut cum laterum progressio explicatur dependentia unius ex altero. Hoc loco videntur puncta $G. Q. B. H. L. R.$ omitti posse. Nempe ipsa DF, valorem habet determinatum, et efficiendum, ut ipsa calculum cujus ope [*bricht ab*]

2 tangenti *erg. L* 4 et | HP *ändert Hrsg.* | inter *L* 5 f. AC. *(1)* sed sciend *(2)* | Nimirum *streicht Hrsg.* | *(3)* Nimirum *L* 7 ex *(1)* AC, TD, DF, *(2)* DF *L* 11 f. curvae *(1)* imo et pluribus *(2)* non *L* 14 f. ut ... progressio *(1)* pendet ex se invicem *(2)* explicatur ... altero *erg. L*

5 ad ipsam AC: Möglicherweise liegt ein Schreibfehler vor (AC für AD). Die gesuchte Kurve kann auch durch eine Relation in AC und CD charakterisiert werden.



[*Fig. 3*]

Sit per punctum datum A transiens recta indefinita positione data ΘAP, quam vocabo directricem, cui in punctis $T.\,\Theta$. occurrant duae rectae in puncto C. se secantes, CT, $C\Theta$. Centro C, radio, CD, describatur arcus circuli DE, secans rectam directricem, in punctis $D.\,E$. Ex puncto D ducatur perpendicularis DF ad rectam TC, et ex puncto E perpendicularis EM ad rectam $C\Theta$. Datum intelligatur punctum A, et rectae AC magnitudo, ac proinde circulus in cujus circumferentiam incidit punctum C. Data etiam intelligatur AP. rectaque indefinita circa punctum C gyrata, secabit alicubi circulum centro A radio AC descriptum. Quod si praeterea daretur etiam AT, determinatum erit punctum C, idem est si alia quaedam ejusmodi linea detur: Denique data recta DF, dabitur etiam punctum D.

Jam ex rectis AT, AP, DF; AC; datur recta DC. et eodem plane modo, ex datis $A\Theta$, $AQ, EM; AC$; datur recta $CE \sqcap DC$. Itaque litera una eademque, sed duplicis valoris repraesentari possunt AT et $A\Theta$, item AP et AQ; ac denique DF, et EM. Ex

2 f. qvam ... directricem *erg. L* 10 C, *(1)* qvia angulo | recto *erg.* | TCP circa centrum P gyrato *(2)* idem *L* 14 EM. *(1)* Et qvoniam ponen *(2)* Ex *L*

matur, etc. $CL \sqcap BL \sqcap \sqrt{2ax - x^2}$ fiet EL. Nimirum si D sit intra A et T, seu quando $TD \sqcap +TA - AD$, erit $+EC + CL$, quando D intra A et B, tunc cadit E inter C. et L. et erit $EL \sqcap -EC + CL$. et $TD \sqcap TA + AD$: Quando D ultra B tunc TD etiam $TA + AD$. sed $EL \sqcap +EC - CL$. Quando D ultra T, seu quando $TD \sqcap -TA + AD$ tunc $EL \sqcap EC + CL$. Ut ergo digeramus erunt situs quatuor ipsius D, varietatem afferentes, $(1)D, (2)D, (3)D, (4)D$.

$(1)D$, dat:	$TD \sqcap -TA + AD$	$EL \sqcap +EC + CL$
$(2)D$ ...	$TD \sqcap +TA - AD$	$EL \sqcap +EC + CL$
$(3)D$ ...	$TD \sqcap +TA + AD$	$EL \sqcap -EC + CL$
$(4)D$ ...	$TD \sqcap +TA + AD$	$EL \sqcap +EC - CL$

Generaliter ergo TD ita exprimemus:

$$TD \sqcap \pm TA \mp AD\,, \quad EL \sqcap \pm EC \mp CL.$$

Ergo hoc modo $DE \sqcap \dfrac{\pm ax \pm af \mp xf}{a}$ et $EL \sqcap \pm \dfrac{f\sqrt{2ax - x^2}}{a} \mp \sqrt{2ax - x^2}$.

Ponendo jam $DE \sqcap y$, fiet: $\dfrac{ay \mp af}{\pm a \mp f} \sqcap x$, et $x^2 \sqcap \dfrac{a^2y^2 \mp 2a^2fy + a^2f^2}{a^2 \mp 2af + f^2}$.

Unde $EL \sqcap z \sqcap \dfrac{\pm f \pm a}{a} \frown \sqrt{2ax - x^2}$.

Jam $2ax - x^2 \sqcap \dfrac{2a^2y \mp 2a^2f \frown \pm a \mp f, -a^2y^2 \pm 2a^2fy - a^2f^2}{a^2 \mp 2af + f^2}$ sive

$$\sqcap \frac{\pm 2a^{\cancel{3}}y \boxed{\mp 2a^2fy} \mp 2a^{\cancel{3}}f + 2a^2f^2, -\cancel{a^2}y^2 \boxed{\pm 2a^2fy} \boxed{-a^2f^2}}{\boxed{a^2 \mp 2af + f^2}} \sqcap \frac{\cancel{a^2}z^2}{\boxed{f^2 \mp 2af + a^2}}.$$

Adeoque: $z^2 \sqcap \pm 2ay - y^2 \mp 2af$ qui locus est ad Circulum; et cum $f \sqcap 0$. tunc fit $z^2 \sqcap +2ay - y^2$: aequatio simpliciter ad ipsummet circulum datum, quae est relatio inter ordinatam ad planum, et reductam in cycloeide primaria, quod cum aliunde sit notum index est calculi veri.

Jam sumtis aliis curvis, parabola, Hyperbola, Ellipsi, videamus an casus esse possint, quo puncta D. talia in illis sumantur, ut relatio ordinatarum et reductarum Trochoeidis parabolicae vel alterius, explicetur aequatione ad Circulum.

19 simpliciter *erg. L* 19 relatio *(1)* productae ad ord *(2)* inter *L* 20 f. , qvod ... veri *erg. L* 23 ut *(1)* locus *(2)* relatio *L* 24 vel alterius *erg. L* 24 ad *(1)* Hy *(2)* Circulum *L*



fig. 4.

Ac primum in parabolam inquiramus, et quo major sit calculi simplicitas casum investigemus faciliorem cum punctum D datur in axe parabolae, et intra T et A. Erit $TD \sqcap TA - AD$ seu $\sqcap x - f$. Ergo $AH \sqcap \frac{BL}{2} \sqcap \frac{\sqrt{2ax}}{2}$. Jam $\frac{AC}{AH \sqcap \frac{\sqrt{2ax}}{2}} \sqcap \frac{\sqrt{2ax} \sqcap BL}{ML \sqcap \sqrt{a^2+2ax}}$. Ergo $AC \sqcap \frac{\cancel{2}ax}{\cancel{2}\sqrt{a^2+2ax}}$. Jam $\frac{DE}{AC} \sqcap \frac{TD \sqcap x-f}{TA \sqcap x}$. Ergo $DE \sqcap \frac{AC \frown x-f}{x}$ sive $DE \sqcap \frac{\cancel{2}ax-\cancel{2}af}{\cancel{2}\sqrt{a^2+2ax}}$. Porro $TL \sqcap \sqrt{x^2+2ax}$. Erit EL ad TL, ut DB seu $f+x$ ad $TB \sqcap 2x$. Ergo $EL \sqcap \frac{f+x, \frown \sqrt{2ax+x^2}}{2x}$.

Jam $EL^2 \sqcap z^2 \sqcap f^2 + 2fx + x^2 \frown \frac{2a\cancel{x}+x^{\cancel{2}}}{4x^{\cancel{2}}}$, sive

$$\begin{array}{lllllll} \boxed{4z^2x} & \sqcap & 2af^2 & + 4af\ x & + 2a\ x^2 & + x^3 \ \sqcap\ 0 & \odot \\ & & + \ f^2 & .. + 2f & .. & & \\ & & - 4z^2 & .. & & & \end{array}$$

Eodem modo $DE^2 \sqcap y^2 \sqcap \frac{a^2x^2 - 2a^2fx + a^2f^2}{a^2+2ax}$, sive

3 in *(1)* diametro *(2)* axe *L* 8 f. $\sqcap \frac{\cancel{2}\mathrm{ax} - \cancel{2}\mathrm{af}}{\cancel{2}\sqrt{\mathrm{a}^2+2\mathrm{ax}}}$. *(1)* porro EL est ad DB *(2)* porro *L* 10 f. $\sqcap \frac{\mathrm{f}+\mathrm{x}, \frown \sqrt{2\mathrm{ax}+\mathrm{x}^2}}{2\mathrm{x}}$ *(1)* $\sqcap \frac{\mathrm{f}+\mathrm{x} \frown}{\quad}$ *(2)* Jam DE sit y, erit $\mathrm{y}^2 \sqcap$ *(3)* Jam | EL $\sqcap$ z *ändert Hrsg.* | $\sqcap \mathrm{f}^2$ *L*

9 $TL \sqcap \sqrt{x^2+2ax}$: Richtig wäre $TL = \sqrt{4x^2+2ax}$; auch die folgende Verhältnisgleichung ist falsch, es müsste $EL : TL = DM : TM = (f+x+a) : (2x+a)$ angesetzt werden. Die Fehler beeinträchtigen die weiteren Rechnungen, jedoch nicht die grundsätzliche Überlegung.

$$\begin{array}{llll} x^3 - 2f & x^2 + f^2 & x \sqcap 0\,. & ☽ \\ \quad -\dfrac{2y^2}{a} & .. \;\; - y^2 & .. & \end{array}$$

Unde pro x^3 substituendo in priori ⊙ ejus valorem ex ☽ fiet:

$$\begin{array}{llll} \;\;2a & x^2 + 4af & x + 2af^2 & \sqcap\ 0. \\ +4f & .. \;\; + \;\; f^2 & .. & \\ +\dfrac{2y^2}{a} & .. \;\; - \;\; f^2 & .. & \\ & \;\;\;\;\;\; + \;\; y^2 & .. & \\ & \;\;\;\;\;\; - 4z^2 & .. & \end{array}$$

et pro x^2, substituendo ejus valorem ex ☽, nempe $\begin{array}{l} 2f \quad x - f^2 \\ +\dfrac{2y^2}{a} .. + y^2 \end{array}$ fiet:

$$\left.\begin{array}{lcl} \;\;2a & \frown & 2f \\ +4f & & \dfrac{2y^2}{a} \\ +\dfrac{2y^2}{a} & & \end{array}\right\} \begin{array}{l} +4\,af\ ,, \frown x \text{ etc.} \\ + \;\; y^2 \\ -4\,z^2 \end{array}$$

Sed cum ita calculus fiat prolixior quam velim, contrahendi causa primam aequationem ⊙ per brachylogiam ita scribemus: $x^3 + lx^2 + amx + 2af^2 \sqcap 0.$ ⊙ alteram ☽ ita: $x^2 + nx + ap \sqcap 0$. Unde ex ☽. erit $x^3 \sqcap -nx^2 - apx$. Unde ex ⊙ et ☽. fiet ☿:

$$\begin{array}{llll} +l & x^2 + am & x + 2af^2 & \sqcap\ 0. \\ -n & .. \;\; - ap & .. & \end{array}$$

et pro x^2 substituendo ejus valorem ex aeq. ☽. qui est $-nx - ap$. fiet:

$$\begin{array}{llll} +l & x^2 & \sqcap & -ln\ x - lap \\ -n & .. & & +n^2\ .. + nap \end{array}$$

19 valorem *(1)* |, fiet *streicht Hrsg.* | *(2)* ex aeq. ☽ *(a)* fiet *(b)* qvi *L*

$$\text{Unde aeq. ☿:}\quad \begin{array}{l} +am\,x^2 + 2af^2\,x \sqcap 0. \\ -ap \;..\; -lap \;.. \\ -ln \;..\; +nap \;.. \\ +n^2 \;.. \end{array} \quad \text{sive}\quad x^2 \sqcap \frac{\left\{\begin{array}{l}+2af^2\\ -lap\\ +nap\end{array}\right.}{\begin{array}{l}+am\\ -ap\\ -ln\\ +n^2\end{array}}\,x \sqcap -nx-ap.\ \text{Ergo}$$

$x \sqcap \dfrac{-a^2mp + a^2p^2 - lnap + n^2ap}{2af^2 - lap\boxed{+nap}, +nam\boxed{-apn} - ln^2 + n^3}$. Jam idem $x \sqcap \dfrac{-2af^2 + lap - nap}{am - ap - ln + n^2}$. Sed cum n contineat y^2, patet ascendere incognitas ad sextam usque dimensionem. Et multo impeditior erit, si punctum D assumatur, extra axem. Et credam casum aliquem inveniri posse, in quo possit ita deprimi hinc nota aequatio, ut fiat inde aequatio ad Circulum; quo facto haberemus reductionem quadraturae Hyperbolae ad quadraturam Circuli.

Si D sit ipse vertex erit $DE \sqcap AC \sqcap \dfrac{ax}{\sqrt{a^2+2ax}}$. et $EL \sqcap CL \sqcap \dfrac{\sqrt{2ax+x^2}}{2}$. Unde $EL \sqcap CL$ ponendo z, fiet: $4z^2 \sqcap 2ax + x^2$. et $DE \sqcap AC$ ponendo y, fiet: $y^2 \sqcap \dfrac{a^2x^2}{a^2+2ax}$, et ex hac et: $x^2 \sqcap y^2 \frown \dfrac{a^2+2ax}{a^2}$. Unde inserendo hunc valorem in priore, fiet: $4z^2 \sqcap 2ax + \dfrac{y^2 \frown a^2 + 2ax}{a^2}$, sive $4z^2a^2 \sqcap 2a^3x + a^2y^2 + 2ay^2x$, sive $x \sqcap \dfrac{4z^2a^{\cancel{2}} - a^{\cancel{2}}y^2}{2a^{\cancel{3}2} + 2\cancel{a}y^2}$; et $x^2 \sqcap \dfrac{16z^2a^2 - 8z^2y^2a^2 + a^2y^4}{4a^4, +8a^2y^2 + 4y^4}$. Unde $4z^2 \sqcap \dfrac{4z^2a^2 - a^2y^2}{\cancel{2}a^2 + \cancel{2}y^2} + x^2$ etc. Sed hinc judicatu

8 ad *(1)* sextum usque gradum *(2)* sextam *L* 12 vertex *(1)* | fiet *streicht Hrsg.* | *(2)* erit *L* 13 $+\mathrm{x}^2$. | qvae est ad Hyperbolam *gestr.* | et *L* 13 f. $\sqcap \dfrac{\mathrm{a^2x^2}}{\mathrm{a^2+2ax}}$ *(1)*. ordinandoqve *(2)*, et *L* 15 sive | ordinando *gestr.* | $\mathrm{4z^2a^2}$ *L* 15 $+\mathrm{2ay^2x}$, *(1)* sive $\mathrm{x^2} \sqcap \dfrac{\mathrm{4z^2a^2x - a^2y^2x}}{\mathrm{2a^3 + 2ay^2}} \sqcap \dfrac{\mathrm{a^{\cancel{2}} + 2\cancel{a}x}}{\mathrm{a^{\cancel{2}}}}$ et reducendo: $\mathrm{4z^2a^3x - a^3y^2x \sqcap 2a^4y^2 + 2a^3xy^2 + 2a^2y^4 + 2ay^4x}$, | sive *streicht Hrsg.* | $\mathrm{x} \sqcap$ *(2)* sive *L*

3 $x^2 \sqcap$: Vor der folgenden Klammer fehlt ein Minuszeichen. Dieser und ein weiterer Vorzeichenfehler beeinträchtigen die daraus berechnete erste Gleichung für x in Z. 7, die zweite wird direkt aus der Gleichung ☿ bestimmt. 12 $EL \sqcap CL \sqcap \dfrac{\sqrt{2ax+x^2}}{2}$: vgl. die Erl. zu S. 208 Z. 9. 16 $x^2 \sqcap$: Konsequent gerechnet müsste der erste Term im Zähler der rechten Seite $16z^4a^2$ lauten. Das Versehen wirkt sich nicht weiter aus.

facile est, etiam in simplicissimo exemplo calculum sic satis prolixum, tanto magis in aliis. Sed persequi in omnibus Conicis valde operae pretium est, hinc enim in magnam Spem venio omnes Conicas ad se invicem reduci posse. Eadem serviet methodus etiam ad inveniendas dimensiones absolutas quarundam curvarum, dum scilicet quaeruntur quarum revolutione describantur curvae, quae aliarum quoque cognitarum revolutione describuntur, v. g. si Trochoeides paraboloeidis Heuratianae alterius quoque curvae Trochoeides esse possit, huc enim totius hujus schedae inquisitio redit, an fieri possit, ut una eademque curva sit Trochoeides plurium, eo ipso enim eae curvae erunt sygnotae; item an figurae quaedam cognitae, aliarum Trochoeides esse possint. Sed restat tantum inquirendum nonnihil, si punctum ipsum A non sit fixum, sed varians.

---

10 *Figur unter dem gestrichenen Text, nicht gestrichen:*



1 exemplo *(1)* rem sic satis *(2)* calculum *L* 3 venio *(1)* | posse *streicht Hrsg.* | *(2)* omnes *L* 7 enim *(1)* res *(2)* totius *L* 8 f. curvae *(1)* ad se invicem *(2)* erunt sygnotae *(a)*. Videndum *(b)*; item *L* 10 si *(1)* Tangens a *(2)* punctum *L* 10 varians. | sed de his vide parte 2. inqvisitionis in methodum Tangentium Cartesii inversam. 1674. *gestr.* | *L*

---

10 vide: N. 4 Teil 2.

29. APPENDIX SCHEDIASMATIS DE TROCHOEIDIBUS ET RELATIONE REDUCTARUM AD ORDINATAS

[Am oder kurz nach dem 24.] Dezember 1674

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 3 Bl. 15. 1 Bl. 2°. 1 S. auf Bl. 15 r°. Bl. 15 v° leer. Datum u. Überschrift ergänzt.
Cc 2, Nr. 829

Datierungsgründe: Das Stück ist nach dem auf den 24. Dezember datierten N. 28 entstanden.

Xb. 1674.

Appendix schediasmatis de Trochoeidibus et relatione Reductarum ad ordinatas



[*Fig. 1*]

Curva AY parabola, axis AX. tangens TY. punctum quoddam fixum D, ex quo perpendicularis ad tangentem DE. erit ergo parallela ipsi PY. Quaeritur relatio inter DE et EY. Datur DF, quam vocabimus $\underline{d}$, et FA, quam vocabimus $\underline{f}$. Est autem ex natura parabolae $XP \sqcap \underline{a}$, semilatus rectum et $TA \sqcap AX \sqcap \underline{x}$. et $XY \sqcap \sqrt{2ax}$. Ergo $TY \sqcap \sqrt{4x^2 + 2ax}$.

$\dfrac{GF}{DF \sqcap d} \sqcap \dfrac{\sqrt{2ax}}{a}$. Ergo $GF \sqcap \dfrac{d}{a}\sqrt{2ax}$. Jam $TG \sqcap AT$ sive x, demtis $AF + GF$. Ergo $TG \sqcap x - f - \dfrac{d}{a}\sqrt{2ax}$. Jam $\dfrac{TE}{TG} \sqcap \dfrac{TY}{TP \sqcap 2x + a}$. Ergo $TE \sqcap$

---

21 $\sqcap \dfrac{\sqrt{2ax}}{a}$: Richtig wäre $\dfrac{a}{\sqrt{2ax}}$. Der Fehler und weitere Versehen beeinträchtigen die folgenden Rechnungen, jedoch nicht die grundsätzlichen Überlegungen.

$\frac{\sqrt{4x^2+2ax},\frown x-f-\frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{2x+a}$ et $EY \sqcap TY - TE \sqcap \sqrt{4x^2+2ax} \frown 1 - \frac{x-f-\frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{2x+a}$ sive $EY \sqcap \sqrt{4x^2+2ax}\frown \frac{x+a+f+\frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{2x+a}$.

Jam $DG \sqcap \sqrt{d^2+\frac{d^2}{a^2}2ax}$, sive $DG\sqcap\sqrt{\frac{d^2a^2+d^2 2ax}{a^2}}$, sive $DG \sqcap \frac{d}{a}\sqrt{a^2+2ax}$.

Et $GE \sqcap \sqrt{TG^2-TE^2}$. sive $GE \sqcap \sqrt{TG^2 - \frac{TY^2,TG^2}{4x^2+4ax+a^2}}$, sive $GE \sqcap \frac{TG}{2x+a}\sqrt{\boxed{4x^2}+2\boxed{4}ax+a^2,\boxed{-4x^2}\boxed{-2ax}}$

sive $GE \sqcap \frac{x-f-\frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{2x+a}\sqrt{2ax+a^2}$.

Et $DE \sqcap \frac{x-f-\frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{2x+a}+\frac{d}{a},\frown\sqrt{2ax+a^2}$, sive

$$\frac{xa-fa-d\sqrt{2ax}+2dx+ad}{\boxed{2ax+a^2}\sqrt{2ax+a^2}}\boxed{\sqrt{2ax+a^2}} \sqcap z.$$

sive $\frac{-d\sqrt{2ax}\; e\boxed{\begin{matrix}+a\\+[2]d\end{matrix}}\begin{matrix}x\\.\end{matrix}\; g\boxed{\begin{matrix}-f\\+d\end{matrix}}\begin{matrix}a\\a\end{matrix}}{\sqrt{2ax+a^2}} \sqcap z$. et quadrando:

$$\frac{2d^2ax-2dex\sqrt{2ax}-2dga\sqrt{2ax},+e^2x^2+2egax+g^2a^2}{2ax+a^2}\sqcap z^2$$

---

1 f. *Am rechten Rand:* Quaeritur relatio inter DE et EY.
Am linken Rand, isoliert: Jam $\frac{FH}{\sqrt{2ax}} \sqcap \frac{TF\sqcap x-f}{2x}$. $\frac{z[\sqcap]DE}{\omega\sqcap EY}\sqcap\frac{DH\sqcap d+FH}{EL}$. $\frac{z}{\omega}\sqcap$ $\frac{d+x-f\frac{\sqrt{2ax}}{2x}}{EL\sqcap}$ [*bricht ab*]

4 $\sqcap \sqrt{TG^2-TE^2}$. *(1)* sive GE $\sqcap x^2-2fx-\frac{2d}{a}x\sqrt{2ax},+f^2+\frac{2df}{a}\sqrt{2ax}+\frac{d^2}{a^2}2ax,,-$ *(2)* sive *L*

Unde ordinando: $-\,2axz^2 - a^2z^2\;[+e^2x^2] + 2d^2\,ax + g^2a^2 \sqcap + 2dex\,\sqrt{2ax}$
$\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad + 2eg \qquad\qquad\qquad + 2dga$

$$\text{Aequationes duae: } z \sqcap \frac{x - f - \frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{\boxed{2x+a}\,\sqrt{2x+a}}\;\boxed{\sqrt{2x+a}} \frown \sqrt{a}$$

$$\omega \sqcap \frac{x + a + f + \frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{\boxed{2x+a}\,\sqrt{2x+a}}\;\boxed{\sqrt{4x^2+2ax}}\,\sqrt{2x} \frown \boxed{\sqrt{2x+a}}$$

$$\sqrt{2x+a} \sqcap \frac{x - f - \frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{z}\,\sqrt{a} \sqcap \frac{x + a + f + \frac{d}{a}\sqrt{2ax}}{\omega}\,\sqrt{2x} \text{ sive}$$

$$+x - f \frown \omega\sqrt{a} - \frac{d}{a}\sqrt{a} \frown 2xz \sqcap \begin{array}{ll} & \frac{d}{\cancel{a}}\,\omega\,\cancel{a}\;\;\sqrt{2x} \\ + & x\;\;z \\ + & a\;\;. \\ + & f\;\;. \end{array}$$

1+3 *Zur ersetzten Stufe (1) der Variante:* Error

1+3 $\sqrt{2\mathrm{ax}}$ *(1)* An brevius: $\frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}} + \frac{\mathrm{x-f}-\frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}}\sqrt{2\mathrm{ax}}}{2\mathrm{x+a}}, \frown \sqrt{2\mathrm{ax+a}^2} \sqcap \mathrm{z}$. Ergo $\frac{\mathrm{x-f}-\frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}}\sqrt{2\mathrm{ax}}}{2\mathrm{x+a}}$ *(a)* $\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2} \sqcap -\frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}}\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2} + \mathrm{z} \sqcap$ *(b)* $\sqcap \frac{-\frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}}\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2}+\mathrm{z}}{\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2}} \sqcap \frac{\mathrm{EY} \sqcap \omega}{\sqrt{4\mathrm{x}^2+2\mathrm{ax}}}$. adeoqve: $\frac{\frac{\mathrm{d}^2}{\mathrm{a}^2}2\mathrm{ax+a}^2 - \frac{2\mathrm{zd}}{\mathrm{a}}\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2}+\mathrm{z}^2}{2\mathrm{ax+a}^2} \sqcap \frac{\omega^2}{4\mathrm{x}^2+2\mathrm{ax}}$. Jam $2\mathrm{ax+a}^2 \frown \frac{2\mathrm{x}}{\mathrm{a}}$ dat $4\mathrm{x}^2+2\mathrm{ax}$ vel $4\mathrm{x}^2+2\mathrm{ax} \frown \frac{\mathrm{a}}{2\mathrm{x}} \sqcap 2\mathrm{ax+a}^2$ ergo dividendo utrobiqve per $2\mathrm{ax+a}^2$, fiet: $\mathrm{xd}^2 \frown \llcorner 2\mathrm{ax+a}^2 \lrcorner\lrcorner - 2\mathrm{d}\cancel{\mathrm{z}}\mathrm{xa}\;\boxed{\sqrt{2\mathrm{ax+a}^2}}\;\frac{\mathrm{xa-fa-d}\sqrt{2\mathrm{ax}}+2\mathrm{dx+ad}}{\cancel{\mathrm{z}}} + \mathrm{a}^2\mathrm{z}^2\mathrm{x} \sqcap \mathrm{a}^3\omega^2$ sive $\frac{\mathrm{xd}^2 2\mathrm{ax} + \mathrm{xd}^2\mathrm{a}^2, -2\mathrm{dxaxa} + 2\mathrm{dxafa} - 2\mathrm{dxa}2\mathrm{dx} - 2\mathrm{dxaad} + \mathrm{a}^2\mathrm{z}^2\mathrm{x} - \mathrm{a}^3\omega^2}{\cancel{\mathrm{d}}} \sqcap \sqrt{2\mathrm{ax}} \sqcap \frac{\begin{array}{c}-2\mathrm{axz}^2 - \mathrm{a}^2\mathrm{z}^2 + 2\mathrm{d}^2\mathrm{ax} + \mathrm{g}^2\mathrm{a}^2 \\ +2\mathrm{eg}\,.\,.\end{array}}{\begin{array}{c}+2\cancel{\mathrm{d}}\mathrm{ex} \\ +2\cancel{\mathrm{d}}\mathrm{ga}\end{array}}$ *(2)* Aeqvationes *(a)* tres: *(b)* duae *L* 5 f. $\sqrt{2\mathrm{x}}$ *(1)* $\sqcap$ *(2)* sive $\mathrm{x}\omega - \mathrm{f}\omega - \frac{\mathrm{d}}{\mathrm{a}}$ *(3)* sive *(a)* $-\mathrm{x}+\mathrm{f}$ *(b)* $+\mathrm{x}-\mathrm{f}$ *L*

---

3 $z \sqcap$: Leibniz setzt für $z = DE$ irrtümlich den von ihm für GE berechneten Wert ein.

et ordinando

$$\begin{array}{llll} + & \omega\,\sqrt{a}\,x - \omega f\sqrt{a} \;\sqcap & x\,z\,\sqrt{2x} \\ -\,2\,z\,\dfrac{d}{a}\,\sqrt{a}\;. & & \omega\,d \\ & & +\,a\,z \\ & & +\,f\,z \end{array}$$

sive

$$\sqrt{2x} \sqcap \frac{\begin{array}{l}\omega\sqrt{a}\;x - \omega f\sqrt{a} \\ -\dfrac{2zd}{a}\sqrt{a}\;\;.\end{array}}{\begin{array}{l}xz + d\omega \\ az \\ fz\end{array}} \sqcap \frac{-z\sqrt{2x+a}}{\boxed{\sqrt{a}}} + x\sqrt{a} - f\sqrt{a},, \smile \frac{d}{a}\,\boxed{\sqrt{a}} \sqcap \frac{\omega\sqrt{2x+a} - \dfrac{d}{a}\sqrt{a}2x}{x+a+f}.$$

$$\text{Ergo } \sqrt{2x+a} \;\sqcap\; \frac{\begin{array}{l}\omega\;\sqrt{a}\;x - \omega f\sqrt{a} \\ -\dfrac{2zd}{a}\sqrt{a}\;\;.\end{array}}{\begin{array}{l}xz + d\omega \\ az \\ f\,.\end{array}} \;\frown\; d,,+f-x,,, \smile -z$$

$$\sqcap \;\;\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \;\frown\; x+a+f,, + \frac{d}{a}\sqrt{a}2x,,, \smile \omega.$$

Unde

$$\begin{array}{l}\omega\;\sqrt{a}\,x - \omega f\,\boxed{\sqrt{a}},, \frown + \dfrac{d}{z} \quad ,,, \dfrac{+f-x}{z}\,\boxed{\sqrt{a}} + \dfrac{d}{a\omega}2x\,\boxed{\sqrt{a}},, \frown xz + d\omega + a\,z \sqcap 0. \\ -\dfrac{2zd}{a}\sqrt{a}\;\;. \qquad\qquad \dfrac{x+a+f}{\omega} \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad +f\;\;.\end{array}$$

Unde reducendo patet x non assurgere ultra quadratum. Cum antea semper ad cubum assurgere videretur, quo specimine discimus non semper ad quadrationes et irrationalium ablationes properandum.

1 *(1)* et qvadrando: x^2 *(2)* et *L* 8–10 $\begin{array}{l}\smile -z \\ \smile \;\;\omega\end{array}$ *(1)* $\Big\}$ sive $\dfrac{\begin{array}{l}\omega\sqrt{2a}\;\;x - \omega f\sqrt{a} \\ -2z\dfrac{d\sqrt{a}}{a}\;\;.\end{array}}{\boxed{\begin{array}{r}x+d \\ a \\ f\end{array}}}, \frown \boxed{\begin{array}{c}d \\ \\ x \\ \\ a \\ f\end{array}},, + $ *(2)* Unde *L*

8 $+f-x$: Konsequent gerechnet müssten beide Terme mit $\sqrt{a}$ multipliziert werden.

Ex hac jam aequatione repertus valor ipsius x. inseratur in aliqua ex aequationibus superioribus, et evanescente x. solae restabunt incognitae z et ω.

Quo facto videndum est an aequatio inde orta sit ejusmodi, ipsis, d. et f (: et inde pendente e :) pro arbitrio explicatis, ut possit aequatio producta dividi per aliam ad Circulum, $z^2 \sqcap 2a\omega - \omega^2 + 2ag$. in qua rursus g arbitraria est. Ope igitur trium arbitrariarum utique procederet divisio, et proinde curva eadem certo casu a circulo et a parabola provolutis describeretur, adeoque haberetur curvae circularis et parabolicae dimensio, vel quadratura Circuli et Hyperbolae simul.

30. CURVAE MENSURABILES HEURATIANAE
[**noch**]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 XIII 3 Bl. 149. 1 Ausschnitt ca 18,0 x 6,2 cm. 11 Z. auf Bl. 149 r°. Bl. 149 v° leer. Überschrift ergänzt. Am unteren Rand Fragmente von Kurven in Blindtechnik.
Cc 2, Nr. 901

Datierungsgründe: [**noch**]

Curvae mensurabiles Heuratianae



[*Fig. 1; aus DGS I S. 518*]

Si sit aequatio: $ay^{z-1} \sqcap x^z$ semper inde Heuratii calculo, curva quadrabilis repe-

10 Heuratii: H. van Heuraet, *Epistola de transmutatione curvarum linearum in rectas*, 1659, *DGS* I, S. 517–520.

rietur, nempe fiet (vide fig. Heurat. apud Schoten p. 518. 519) $MC. \sqcap \sqrt{(z-1)}\,\frac{x^z}{a}$. et $MC^2 \sqcap \sqrt{(z-1)}\,\frac{x^{2z}}{a^2}$. Unde aequatio:

$$\begin{array}{cccccc} s^2 & -2sx & +x^2 & +\sqrt{(z-1)\,\frac{x^{2z}}{a^2}} & \sqcap & v^2. \\ 0 & 1 & 2 & \frac{2z}{z-1} & & 0. \end{array}$$

Videndum hic an liceat multiplicare hoc modo et an idem proveniat, quod provenit ablata irrationalitate.

4 f. *Darunter:* Formulae omnium dimensionum. Curvarum in rectum extensio.

1 519) *(1)* MQ $\sqcap$ *(a)* $\frac{z}{2a}x^z$ *(b)* $\frac{z}{2a^z}x^z$, eiusqve qvadratum $\frac{z^2}{4a^{2z}}x^{2z}$. Cui adde y^2. Nempe y $\sqcap$ *(2)* MC. *L* 4 f. *(1)* Haec ad formu *(2)* Aeqvatio *(3)* Formulae *L*

31. THEOREMATA TETRAGONISTICA GENERALIA EX TANGENTIBUS
19. Oktober 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 30 Bl. 123. 1 Zettel ca 19,5 x 12,5 cm. 2 S. Datum u. Überschrift ergänzt. Auf Bl. 123 r° oben Cc 2, Nr. 1077 (gedr.: J. E. Hofmann, *Über frühe mathematische Studien von G. W. Leibniz*, 1970, S. 104).
Cc 2, Nr. 1076

19 Octob. 1675

Theoremata tetragonistica generalia, ex tangentibus



[*Fig. 1*]

A Centrum Hyperbolae, AC. abscissa ex Asymptoto[,] CB ordinata, BD tangens

8 *(1)* Quadraturae *(2)* problemata *(3)* theoremata *L*

occurrens alteri Asymptoto in D. Sit BCE recta, ita ut $CE \sqcap AD$. idque ubivis factum intelligatur. Curva FEG transire intelligatur per illa puncta (cui etiam DA et AC productae Asymptoti erunt). Erit exempli gratia spatium quadrilineum $ECLGE$, aequale trilineo $BAHB$. ut ex theoremate meo generali constat. Jam quaeramus calculo AD, vel CE. Ducta DBM, erit ACM dupla AC sive $AC \sqcap CM$. ex natura Hyperbolae aequilaterae. Ergo $AD \sqcap 2CB$. Sit $AC \sqcap x$. erit $CB \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. et $EC \sqcap \dfrac{2a^2}{x}$.

Hinc demonstratur illud sane pulcherrimum quod sector Hyperbolicus ABH, duplicatus aequetur ipsi $ECLGE$, id est duplo $BCLHB$, id est quod sector Hyperbolicus aequetur portioni respondenti ad Asymptoton. Ducatur Axis APQ. vertex P. axis transversus ARS. Sit DR. ad eum normalis, ob angulum RAD semirectum erit $AD^2 \sqcap \dfrac{2a^2}{x}\square, \sqcap \dfrac{4a^4}{x^2} \sqcap AR^2+RD^2$, et $AR^2 \sqcap RD^2$, et $RD \sqcap AR$, et $AR \sqcap \dfrac{a^2\sqrt{2}}{x}$. Eodem modo ST, perpendicularis ad $ADT, \sqcap AT. \sqcap AD+DT$. Ergo $ST \sqcap \dfrac{2a^2}{x}+DT$. Jam $\dfrac{ST}{DT} \sqcap \dfrac{AM}{AD} \sqcap \dfrac{2x}{\dfrac{2a^2}{x}} \sqcap \dfrac{x^2}{a^2}$ seu in duplicata ratione x ad a. ergo $ST \sqcap \dfrac{x^2}{a^2}\,DT \sqcap \dfrac{2a^2}{x}+DT$. Ergo $x^3DT-a^2xDT \sqcap 2a^4$. et $DT \sqcap \dfrac{2a^4}{x^3-a^2x}$ et $AT \sqcap ST \sqcap \dfrac{2a^4x}{x^2-a^2}$. et $AS \sqcap \dfrac{2a^4x\sqrt{2}}{x^2-a^2}$ quae etiam pendet ideo ex quadratura Hyperbolae, quod tamen et aliunde demonstrari potest, quia si addatur, Hyperbolae commensurabilis, quae est $2a^4\sqrt{2}a$, fiet $\dfrac{2a^4x\sqrt{2}+2a^5\sqrt{2}}{x^2-a^2}$,

---

6 *Nebenbetrachtung:* $xy \sqcap a^2$. fiat $\not{x}l \sqcap -\not{x}y$.

2 Curva FGH *L ändert Hrsg.* 3 producta *L ändert Hrsg.* 3 erunt) *(1)* Spatium ei respondens *(2)* Erit ... spatium *(a)* mixtilineum *(b)* qvadrilineum *L* 4 ex *(1)* alibi *(2)* theoremate *L* 8 duplo BAHB *L ändert Hrsg.*

---

3 f. aequale ... $BAHB$: Die Aussage ist falsch. Die Fläche $ECLGE$ ist gleich dem Doppelten der Fläche $BAHB$. Leibniz wiederholt die Aussage unten Z. 7 f. in korrekter Form. 4 theoremate: Gemeint ist der Transmutationssatz. 14 $\dfrac{2a^4x}{x^2-a^2}$: Richtig wäre $\dfrac{2a^2x}{x^2-a^2}$. Leibniz rechnet konsequent weiter; der Fehler beeinträchtigt die allgemeine Überlegung nicht.

et dividendo per $x+a$, fiet: $\dfrac{2a^4\sqrt{2}}{x-a}$, ad Hyperbolam. Imo video errorem meum, non x seu AC. sed AQ. sumenda est.



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

$AB \sqcap x$. $BC \sqcap y \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. $AE \sqcap 2AB$. $EF \sqcap BC$. erit $FGHLEF \sqcap$ bis $CELMC$. Est $AE \sqcap 2x \sqcap z$. Ergo $x \sqcap \dfrac{z}{2}$. et $EF \sqcap \dfrac{a^2}{x} \sqcap \dfrac{2a^2}{z}$. Unde illud rursus in Hyperbola memorabile[:] quadrilineum $CBNMC$. aequari quadrilineo $CELMC$ duplicato.

Theorema illud meum memorabile, jam video non nisi Casum esse unicum ac simplicissimum generalioris, inspice figuram ⊙.

1 f. Imo … est. *erg.* *L* 6 aeqvari *(1)* tril *(2)* qvadrilineo CELMC duplicato | unde ▽CBE+ *gestr.* | *L*

6 quadrilineum … duplicato: Die Behauptung ist nicht richtig. Die beiden Flächen $CBNMC$ und $CELMC$ sind gleich.

fig. ⊙



[*Fig. 4*]

Sit curva $BCFI$, cujus latera infinite parva BC, CF, FI. Sit alia curva DGK, cui in punctis $D.G.K.$ tangentes prioris nempe $ABCD, ECFG, HFIK$, occurrant. Jam per puncta $B.C.F.$ transeant rectae indefinitae, BL, CM, FN, et DL, GM, KN. sint tangentes curvae DGK, transferatur BL ad DO, CM ad GP. FN ad KQ. erit spatium $DGKQPO$ duplum spatii $BDGKIFCB$. Cujus theorematis casus, quo $BCFI$ est linea recta, dat theorema quod antea consideraveram.

7 recta, *(1)* est illa qvam *(2)* dat L

1 *Fig. 4*: Eine skizzenhafte Vorstufe der Zeichnung wird nicht wiedergegeben. 7 antea: S. 221 Z. 4–6. Tatsächlich ergibt sich das dortige Theorem jedoch für den im folgenden betrachteten Spezialfall, in welchem DGK als gerade Linie angenommen wird.

fig. ☽



☿



[*Fig. 5*] [*Fig. 6*]

Alter casus fingi potest, simplicissimus quo fingitur DGK linea recta, qualis RS. Sit in eam rem alia figura ☽, ubi curva BCF, cujus tangentes BD, CG, FK, occurrunt rectae RS, curvam DGK repraesentanti in punctis D, G, K. et translatis BL, in DO, CM in GP, parallelismo servato, erit spatium $ODKQPO$ spatii $BDKFCB$ duplum. Nec refert quem angulum ad eas faciat recta RS. Nec refert sitne curva BCF concava an convexa, vide fig. ☿. Ubi et illud annotatur, si ordinatae a curva BCF, ad rectam RS ut FT, quae sunt scilicet ad angulos, applicentur eidem ad angulos rectos, sed ibi ubi tangentes curvae BCF rectae RS. occurrunt, ut si transferatur FT. in VW. erit spatium בג*K*א*W*ב ipsius *B*ג*KFCB* duplum.

5 BLKFCB *L ändert Hrsg.*

1 *Fig. 6*: Die hier wiedergegebene Linie *FT* hat Leibniz in seiner Zeichnung irrtümlich gestrichen. 6–10 Nec ... duplum: Leibniz entgeht, dass das Verfahren im Fall des Auftretens einer zu *RS* parallelen Tangente so nicht anwendbar ist. Der Verlauf der Kurve א*W*א in Fig. 6 und die Aussage über die Flächenstücke אג*K*א*W*א und *B*ג*KFCB* sind nicht korrekt.



[*Fig. 7*]

Hinc aliud notabile. Si $C(C)$ sit curva, intervalla tangentium ab ordinatis in axe BT, $(B)(T)$ applicentur axi in $BL, (B)(L)$. et in punctis $L, (L)$ ipsae BC, ipsis BL normaliter applicentur, in $LM, (L)(M)$. erit spatium $LM(M)(L)L$ spatii $CT(T)(C)C$ duplum.

1–4 [*Fig. 7*] ... duplum *erg.* *L*

4 erit ... duplum: Die Behauptung ist falsch. Die Fläche $LM(M)(L)L$ ist gleich der Summe der Fläche $BC(C)(B)B$ und des Doppelten der Fläche $CT(T)(C)C$.

Quae mira satis theoremata sunt et foecunda.



[*Fig. 8*]

Primum in fig. ♃. Curva BCF. tangentes BD, CG, FK. et DO, GP, KQ, parallelae et aequales, LB, MC, FN. Erit spatium $ODKQPO$ duplum spatii $FKDBCF$. Sit v. g. $ABCF$ quadrans circuli cujus centrum N. ubi si $NL \sqcap x$. erit LD ad LB, ut LB ad x. sive $LD \sqcap \dfrac{a^2 - x^2}{x} \sqcap \dfrac{a^2}{x} - x \sqcap y$. et $ND \sqcap y + x \sqcap \dfrac{a^2}{x} \sqcap z$. Unde ut obiter dicam

---

6–226,3 *Daneben:* Vide plura 24 Octob. 1675.

6–226,3 plura *(1)* 23 *(2)* 24

---

2 *Fig. 8*: Leibniz hat als charakteristisches Dreieck offensichtlich irrtümlich GCM ausgezeichnet und den Winkel in G markiert. Dies wurde in der Zeichnung korrigiert. 6–226,3 plura 24 Octob. 1675: N. 32, 34 und 35.

ND translatae ad LH sunt ad Hyperbolam simplicissimam et ex $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ characteristico tangentes insistentes arcubus, aequantur portioni hyperbolicae seu secantibus ad axem. Sed hoc obiter. Jam ut pergam si LB, transferatur ad DO, cum sit $\sqcap$ $\sqrt{a^2 - x^2}$. et $z \sqcap ND \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. erit $x \sqcap \dfrac{a^2}{z}$. et: $DO \sqcap \sqrt{a^2 - \dfrac{a^4}{z^2}} \sqcap \dfrac{a\sqrt{z^2 - a^2}}{z}$, et curva cujus aequatio: $z^2\omega^2 \sqcap a^2z^2 - a^4$, erit Circulo commensurabilis sive: $\dfrac{a^4}{a^2 - \omega^2} \sqcap z^2$. sive $\dfrac{a^2}{\sqrt{a^2 - \omega^2}} \sqcap z$. pendet ex circuli quadratura et est illa ipsa cujus spatia angulis homogenea sunt.

[*Figuren ohne direkten Bezug zum Haupttext*]



[*Fig. 9*]



[*Fig. 10*]

6 *Darunter:* Vide ellipsi 24. Octob.

6 ellipsi 24. Octob.: N. 32. 7 Fig. 9 diente möglicherweise als allgemeine Merkfigur für die Diskussion zu Fig. 1. Fig. 10 steht wahrscheinlich im Zusammenhang mit der Anwendung der Methode auf die Ellipse in N. 32.

32. DIMENSIO CURVAE ELLIPSIS

24. Oktober 1675

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 XIII 3 Bl. 147. 1 Streifen ca 19,2 x 5,3 cm. 8 Z. auf Bl. 147 r°. Bl. 147 v° leer. Datum u. Überschrift ergänzt. Bl. 147 bildete ursprünglich den mittleren Teil eines vollständigen Bl. 2°; die restlichen Teile sind LH 35 XII 1 Bl. 4 (N. 34) und LH 35 VIII 30 Bl. 99 (N. 35).
Cc 2, Nr. 1085

24 Octob. 1675

D i m e n s i o c u r v a e E l l i p s i s



[*Fig. 1*]

Ellipsis AC, in qua ABD axis, $AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. erit $y^2 \sqcap 2ax - \frac{a}{q}x^2$. adeoque $2y^2 \sqcap 2al - \frac{2a}{q}xl$. et EB sive $l \sqcap \frac{y^2}{a - \frac{a}{q}x} \sqcap \frac{2ax - \frac{a}{q}x^2}{a - \frac{a}{q}x} \sqcap \frac{ax}{a - \frac{a}{q}x} + x$ eritque $AE \sqcap \frac{ax}{a - \frac{a}{q}x} \sqcap z$. eritque $ax \sqcap az - \frac{a}{q}xz$. sive $ax + \frac{a}{q}xz \sqcap az$, sive $x \sqcap \frac{az}{a + \frac{a}{q}z}$. Ergo in $y \sqcap \sqrt{2ax - \frac{a}{q}x^2}$ pro

x substituendo ejus valorem, fiet: $EF \sqcap BC \sqcap \omega \sqcap \sqrt{\frac{2a^2z}{a+\frac{a}{q}z} - \frac{a}{q}\frac{a^2z^2}{a^2+2\frac{a^2}{q}z+\frac{a^2}{q^2}z^2}}$, vel: $\frac{\sqrt{2a^3[z]+2\frac{a^3}{q}z^2\boxed{-\frac{a^3}{q}z^2}}}{a+\frac{a}{q}z}$. Cujus proinde dimensio a quadratura Ellipseos sive Circuli pendet per theorema de quo sub finem 19. Octob.

3 pendet *(1)*. si sumeremus $\mathrm{a}+\frac{\mathrm{a}}{\mathrm{q}}\mathrm{z}$ pro una qvantitate $\sqcap$ v, fiet $\omega \sqcap$ *(2)* per *L*

3 sub ... Octob.: N. 31 S. 225 Z. 3 – S. 226 Z. 6.

33. METHODUS TANGENTIUM INVERSA, IGNOTA
[**noch**]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 VIII 30 Bl. 1. Ausschnitt von ca. 23,8 x max. 13,0 cm. Untere Schnittkante schräg geschwungen. 1 S. auf Bl. 1 r°. Bl. 1v° leer. Überschrift ergänzt. Überschrift sowie Hervorhebungen im Text durch Unterstreichen und Randbemerkung in dunklerer Tinte.
Cc 2, Nr. 844

Datierungsgründe: [**noch**]

M e t h o d u s t a n g e n t i u m i n v e r s a , i g n o t a

Dicebam Cl$^{\text{mo}}$ Hugenio, videri mihi quaedam loca methodo Cartesii inveniri non posse, sive quasdam figuras Geometricas non posse aliquando ex ejus regulis duci; eas nimirum, ubi non applicatarum sed tangentium vel perpendicularium, aut linearum ad Tangentes relatarum data est ad abscissas relatio, breviter me non reperire in Cartesio methodum tangentium inversam.

Id verum esse fassus est Hugenius, sibique ipsi ea problemata videri difficillima: nec se nunc quidem quenquam mortalium nosse, qui ea solvendi certam habeat methodum, adeo ut ne illud quidem definiri possit an figura quaesita sit impossibilis. Attamen videri sibi Methodum ejusmodi fuisse notam Cartesio, neque enim aliter illas figurarum quarundam curvarum ad refractiones aptarum proprietates potuisse invenire.

Dixi fortasse invenisse casu. At respondit Hugenius s i b i i d v e r i s i m i l e n o n v i d e r i , quoniam figurarum quarundam ex illis aequationes ad gradus quosdam valdes

---

20 f. *Zu* s i b i ... v i d e r i : Postea aliter sensit, ex quo reperit methodum qua Cartesius ad suas figuras dioptricas in *Geometria* ejus expositas, facile pervenire potuit.

19 curvarum *erg. L* 21 aeqvationes *(1)* sint altis *(2)* ad *L*

---

10 methodo Cartesii: vgl. R. Descartes, *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 1–106 [Marg.]. 18 figurarum: *a. a. O.*, S. 50–65. 20 f. reperit: [**noch**].

compositos ac prolixas aequationes ascendant.

Quaesivi an non putaret Huddenium aliquid tale habere, cum tantopere de maximis ac minimis laboraverit; negavit.

Cartesium id nemini quod sciat communicasse: se pauca quaedam in parabola aliisque nonnullis habere, sed quae longe absint a suo voto. Videri sibi Cartesium quaedam e sua Tangentium methodo subodoratum.

2 putaret *(1)* Hugeni *(2)* Huddenium *L*

---

3 laboraverit: vgl. J. Hudde, *Epistolae duae*, 1659, *DGS* I S. 507–516. 4 pauca: vgl. Chr. Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 59–90 [Marg.]. 6 Tangentium methodo: R. Descartes, *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 40–50 [Marg.].

34. THEOREMA TETRAGONISTICUM EX SPATII SECTIONE
24. Oktober 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 1 Bl. 4. Ca. 1/2 Bl. 2°. 1 S. auf Bl. 4 r°. Bl. 4 v° leer. Datum u. Überschrift ergänzt. Bl. 4 bildete ursprünglich den oberen Teil eines vollständigen Bl. 2°; die restlichen Teile sind LH 35 XIII 3 Bl. 147 (N. 32) und LH 35 VIII 30 Bl. 99 (N. 35).
Cc 2, Nr. 1086

24. Octob. 1675.

T h e o r e m a t e t r a g o n i s t i c u m e x s p a t i i s e c t i o n e



[*Fig. 1*]

Sint duae lineae, rectae curvaeve una ABC, altera $DEFG$ quocunque inter se situ ac positione ista ut latera illius infinite parva sint AB, BC, hujus DE, EF, a puncto A ducantur rectae AD, AE. a puncto E, rectae EA, (quae jam ducta est) EB, a puncto

13 (qvae ... est) *erg. L*

B rectae BE, BF, a puncto F rectae FB, (quae jam ducta est,) FC. a puncto C rectae CF, CG etc. Et spatium inter ABC, et $DEFG$ interceptum, seu spatium comprehensum duabus lineis ABC, et $DEFG$, et rectis AD, CG aequabitur summae $\bigtriangledown^{\text{lorum}}$ ADE, EAB, BEF, FCG. In DE productam, seu tangentem curvae $DEFG$ ad punctum DE, demittatur perpendicularis AH. similiter ad tangentem in EF, perpendicularis BL, et ad tangentem in FG perpendicularis CM. Erit AH in DE, $\sqcap$ [duplo] ADE, et ita in caeteris et ita AH in $DE, +BL$ in $EF, +CM$ in $FG, \sqcap$ duplo $\overline{ADE, +BEF, +CFG}$.

Eodem modo, erit, EN in $AB, +FP$ in BC $\sqcap$ duplo $\overline{EAB, +FBC}$. Et ita summa rectangulorum illorum pariter et horum, aequabitur duplo summae triangulorum illius pariter et hujus lateris, sive illis pariter quae basin in una[,] verticem in altera habent curva, quam quae contra. Itaque summa duarum superficierum curvarum, ex superpositione AH in DE etc. et EN in AB etc. aequabitur duplo Spatio inter duas curvas propositas intercepto, unde nova methodus superficies curvilineas dimetiendi in cylindro, variis curvis terminatas. Semper enim inveniri poterit alia, quae cum data faciat, spatium planum commensurabile.

Quod si in eodem plano AH ipsi DE applices, idemque de caeteris spatium hians relinquetur; quod methodo calculi satis subtilis a me initi, complendum erit. Idemque est si contra ad aliam curvam perpendiculares applicentur. Sed si alterutra linearum, ut ABC, degeneret in rectam RS. tunc recta RS, quomodocunque secta in partes, $(A)(B), (B)(C)$ etc. curvaque etiam quomodocunque secta; patet summam ordinatarum ex curva in rectam perpendicularium, in ipsas AB, BC. junctam perpendicularibus ipsi curvae impositis aequari spatio $DEFG(C)(A)D$.

7–9 duplo *erg. L dreimal* 16 hians *erg. L* 21 perpendicularium, *(1)* si modo recta *(a)* aeqv *(b)* in partes aeqvales *(2)* qvae determinata erit, si recta in partes aeqvales divisa *(3)* in *L* 21 junctam *(1)* Superficiei *(2)* momento curvae *(3)* perpendicularibus *L*



[*Fig. 2*]

Hinc novum Theorema: Perpendiculares ex punctis axis in tangentes productas, curvae impositae ut AD impositam in BC, aequatur ordinatae ad axem seu AB ad BD', tum, quia BDA et $CD'B$ similia, tum quia AD in BC, aequale duplo $\bigtriangledown^{\mathrm{lo}}$ ABC quod a rectangulo ABD' non differt.

3 f. ordinatae *(1)* in punctum *(2)* ad L

8 *Fig. 2*: Leibniz hat in der Vorlage die Bezeichnung D für zwei Punkte verwendet. Zur besseren Unterscheidung wird in Figur und Text der zweite Punkt mit D' benannt.

35. LOGARITHMI IN HYPERBOLA DEMONSTRATI
24. Oktober 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 30 Bl. 99. 1 Zettel ca 19,2 x 11,0 cm. 1 S. auf Bl. 99 r°. Bl. 99 v° leer. Datum u. Überschrift ergänzt. Bl. 99 bildete ursprünglich den unteren Teil eines vollständigen Bl. 2°; die restlichen Teile sind LH 35 XII 1 Bl. 4 (N. 34) und LH 35 XIII 3 Bl. 147 (N. 32).
Cc 2, Nr. 1087

24 Octob. 1675

Logarithmi in Hyperbola demonstrati.
Logarithmi. Incognitae in exponente

In Hyperbola si abscissae AB, AC, AQ, sint progressionis Geometricae, etiam applicatae BD, CE, QF ejusdem erunt progressionis; ergo et differentiae earum. Caeterum applicatae et abscissae sunt in ratione reciproca, ergo et differentiae earum. Si sint x inter se progressionis geometricae, erunt curvae latera progressionis hujus, $\dfrac{\sqrt{1x^4 - a^2}}{1x}$.

---

8 *Darüber Nebenbetrachtung:* $\dfrac{\frac{a}{x}}{\frac{a^2}{x^2}} \sqcap \dfrac{x}{a} \quad \dfrac{a}{x} \sqcap \dfrac{a^2}{x^2}$ [*bricht ab*]

9 *Darüber:* Nova hic et quae hactenus frustra quaesiveram[:] Adhiberi potest haec methodus etiam ad obliquas applicatas.

11 In *(1)* Ellips *(2)* Hyperbola *L* 13 earum, *(1)* Curva repraesentatur per $\sqrt{\mathrm{x}^2 - \dfrac{\mathrm{a}^2}{\mathrm{x}^2}} \sqcap \dfrac{\sqrt{\mathrm{x}^4 - \mathrm{a}^2}}{\mathrm{x}}$. Item si $\mathrm{x}^4 - \mathrm{a}^2$ *(2)* si *L*

---

14 curvae latera: Die Ausdrücke für die Größen AD, AE und AF müssten $\dfrac{\sqrt{x^4 + a^2}}{1x}$, $\dfrac{\sqrt{16x^4 + a^2}}{2x}$ und $\dfrac{\sqrt{256x^4 + a^2}}{4x}$ lauten, wenn man $y = \dfrac{a}{x}$ als Hyperbelgleichung ansetzt. Leibniz übernimmt den Vorzeichenfehler in den folgenden Ausdrücken, was jedoch die allgemeinen Aussagen nicht beeinträchtigt.



[*Fig. 1*]

$\dfrac{\sqrt{16x^4 - a^2}}{2x}$. $\dfrac{\sqrt{64x^4 - a^2}}{4x}$ etc. Unde jam transitus habetur ad hujusmodi progressiones quae a Geometricis pendent in quibus ambigua in exponente, ut progressio hoc loco: $\dfrac{\sqrt{\mathrm{I}^y{}^4 - a^2}}{\mathrm{I}^y}$ cujus summa invenietur per curvam hyperbolicam. Cumque detur superficies hyperbolica ex data Hyperbolae quadratura, hinc ducendo in I^y videtur et hujus seriei $\sqrt{\mathrm{I}^y{}^4 - a^2}$ summa ex data Hyperbolae quadratura haberi.

Ecce transitum admirabilem ad calculos in quos exponentes ingrediuntur. Loco $\mathrm{I}^y{}^4$ scribi etiam poterit simpliciter: I^{4y}.

Interim[:] Nota in hyperbola rectangulum EHD aequari rectangulo FGE posita pro-

---

5 *Unter* $\dfrac{\sqrt{\mathrm{I}^y{}^4 - a^2}}{\mathrm{I}^y}$: Imo haec expressio inutilis.

8 *Darüber:* I m o i n u t i l e.

---

2 *Fig. 1*: Leibniz verwendet die Bezeichnung H für zwei verschiedene Punkte. Zur Verdeutlichung wird in Figur und Text einer der Punkte mit H' benannt.

gressione continua geometrica rectarum AB, AC, AQ. Hinc jam videtur elegantissime demonstrari posse aequalitas spatiorum $DBQFD$ et $QPRFQ$. positis AB, AQ, AP, sive positis BD, QF, PR progressionis continuae. Nam BQ, pariter et QP subdividatur in infinitum, alias medias proportionales continue interponendo, ut CE, MN. erunt DHE, EGF, etc. item FHN, NLR etc. aequales. Imo generaliter si BC[,] CQ. et similes sint infinite parvae, spatiola ipsa sive rectangula infinite parvae latitudinis, $HBCE, GCQF$ erunt inter se aequalia, fient enim ex ductu $\frac{a^2}{x}$ in $\frac{\beta}{a}x$. ponendo $BH \sqcap \frac{a^2}{x}$ et $BC \sqcap \frac{\beta}{a}x$ si β sit quantitas constans infinite parva. Continuando ergo interpositionem, manifestum est totidem spatiola interponi inter B et Q, quot inter Q et P. si AB, AQ, AP continue proportionales. Habemus ergo demonstrationem planam ac facilem pulcherrimi theorematis Gregorii a S. Vincentio, quaeque ad longe subtiliora aditum facit.

Si ordinatae sint x^2y. sive $y \sqcap \frac{a^3}{x^2}$, erunt y in reciproca duplicata: Hinc si x progressionis Geometricae, erunt et y progressionis Geometricae. Hinc si AB, AC, AQ. progressionis Geometricae, erunt spatiola $\frac{a^2\beta}{x}$. Hinc sequetur spatia ordinaria $DBQFD$. $FQPRF$ fore etiam progressionis Geometricae, adeoque abscissis reciproce proportionalia.

5 aeqvales. *(1)* Ergo Spatia *(2)* Differentiae *(3)* Imo *L* 6 sive rectangula *erg.* *L*

10 theorematis: Gr. de SAINT-VINCENT, *Opus geometricum*, 1647, Buch VI prop. CVIII S. 585 f.

36. ANALYSIS TETRAGONISTICA EX CENTROBARYCIS
25. und 26.[?] Oktober 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 18 Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S. Überschrift ergänzt. — Gedr.: 1. Gerhardt, *Brief*, 1851, S. 344–348; 2. Gerhardt, *Analysis*, 1855, S. 117–121; 3. *LBG*, 1899, S. 147–151; 4. (engl. Übers. von 2.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 65–72.
Cc 2, Nr. 1089, 1090

Datierungsgründe: Möglicherweise wurde der zweite Teil der Aufzeichnung (ab S. 241 Z. 15) am 26. Oktober 1675 geschrieben; die entsprechende Datumsangabe in S. 241 Z. 13 f. kann sich sowohl darauf als auch auf das an gleicher Stelle erwähnte Stück N. 37 beziehen. **[noch]**

25. Octob. 1675

A n a l y s i s T e t r a g o n i s t i c a e x C e n t r o b a r y c i s


[*Fig. 1*]

Sit curva quaelibet AEC referenda ad angulum rectum BAD, sit $AB \sqcap DC \sqcap x$. et ultima $x \sqcap b$ et $BC \sqcap AD \sqcap y$. et ultima $y \sqcap c$. Patet Omn. yx. ad x. $\overset{(1)}{\sqcap}$ $\frac{b^2c}{2}$,, $-$ Omn. $\overline{\frac{x^2}{2}}$, ad y. Nam momentum spatii $ABCEA$ ex AD, fit ex rectangulis ex $BC \sqcap y$, in $AB \sqcap x$. At vero momentum spatii $ADCEA$ ex AD, seu complementi prioris, fit ex summa quadratorum DC, sive $\frac{x^2}{2}$, dimidiata; quod momentum, si auferatur a momento totius

---

12 *Darunter:* Vid. ejusdem part. 2. alia scheda.

11 *Darüber:* vide eiusdem part. 2. alia scheda *L streicht Hrsg.* 15 et *(1)* maxima *(2)* ultima y ⊓ c. *erg. L* 16 $\overset{(1)}{\sqcap}$ *(1)* omn x^2. ad y. *(2)* Mom *(3)* $\frac{b^2c}{2}$ *L*

---

12 part. 2.: N. 38.

rectanguli $ABCD$, ex AD, id est a c in Omn. x. sive a $\frac{cb^2}{2}$, restabit momentum spatii $ABCEA$. Unde habetur aequatio quam dixi. Qua reformata sequitur Omn. $\overline{yx, \text{ad}\, x} +$ Omn. $\overline{\frac{x^2}{2}\,\text{ad}\, y} \overset{(2)}{\sqcap} \frac{b^2c}{2}$. adeoque harum duarum figurarum in unum junctarum semper haberi quadraturam. Qui est centrobarycae apex.

Sit aequatio curvae naturam exprimens: $ay^2+bx^2+cxy+dx+ey+f \overset{(3)}{\sqcap} 0$. Ponatur $yx \overset{(4)}{\sqcap} z$. fiet $y \overset{(5)}{\sqcap} \frac{z}{x}$. quo valore in aequatione 3. inserto fiet: $a\frac{z^2}{x^2}+bx^2+cx\frac{z}{x}+dx+\frac{ez}{x}+f \overset{(6)}{\sqcap} 0$. sive sublatis fractionibus fiet $az^2+bx^4+cx^2z+dx^3+ezx+fx^2 \overset{(7)}{\sqcap} 0$. Sit rursus $x^2 \overset{(8)}{\sqcap} 2\omega$ eumque valorem inserendo in aeq. 3 fiet: $ay^2+2b\omega+cxy+dx+ey+f \overset{(9)}{\sqcap} 0$. adeoque erit $x \overset{(10)}{\sqcap} \frac{-ay^2-2b\omega-ey-f}{+cy+d} \overset{(11)}{\sqcap} \sqrt{2\omega}$ et quadrando utrobique, fiet:

$$a^2y^4+4aby^2\omega+2aey^3+2afy^2, +4b^2\omega^2+4be\omega y$$
$$+4bf\omega, +e^2y^2+2efy+f^2, -2c^2y^2\omega-4cdy\omega-2d^2\omega \overset{(12)}{\sqcap} 0.$$

Quod si jam curva describatur secundum aequationem 7. itemque alia secundum aequationem 12. ajo quadraturam figurae unius pendere ex quadratura figurae alterius, et contra. Quod si jam loco aequationis 3. aliam sumamus altiorem, seu tertii gradus, rursus duas alias habebimus loco 7. et 12. Et ita continuando dubium non est, quin certam quandam progressionem ipsarum 7, et ipsarum 12 habituri simus, ut sine calculo continuari possit in infinitum, non difficili opera. Ex data autem una alicujus curvae aequatione omnes aliae generali expressione exhiberi possunt; ex quibus compendiosissima eligi potest.

Datis figurae cujusdam momentis ex duabus quibusdam rectis, dataque figurae ejus-

---

2 f. *Am Rande:* Hodie sic exprimo $\int \overline{yxdx} + \int \frac{1}{2}xxdy = \frac{x^2y}{2}$.

2 f. = *(1)* b^2c *(2)* | x^2y *ändert Hrsg.* | *L* 16 simus, *(1)* unde dignosci possit *(2)* ut *L*

---

2 f. Hodie: Die Anmerkung stammt aus Hannoverscher Zeit.

dem area, habetur ejus centrum gravitatis. Dato autem figurae cujusdam (aut etiam lineae) centro gravitatis et magnitudine habetur ejus momentum ex aliis quibuscunque rectis. Itaque data figurae cujusdam magnitudine, et momento ex duabus quibusdam rectis, datur ejus momentum ex qualibet recta data. Hinc etiam multae quadraturae ex quibusdam datis. Momentum autem cujusdam figurae ex recta qualibet etiam generali calculo exprimi potest.



[*Fig. 2*]

Momentum divisum per magnitudinem dat distantiam centri gravitatis ab axe librationis. Sint in eodem plano rectae positione datae sive parallelae sint, sive productae concurrant in F. Momentum ex BC inventum sit ba^2. Momentum ex DE inventum sit ca^2. Area figurae sit v, erit distantia centri gravitatis a recta BC, nempe $CG \sqcap \dfrac{ba^2}{v}$. et distantia ejus a recta DE, nempe $EH \sqcap \dfrac{ca^2}{v}$. Ergo CG ad EH est ut b ad c. sive rationem habent datam. Ponatur jam rectam EH in eodem plano manentem percurrere normaliter ipsam DE, et rectam CG percurrere normaliter ipsam BC, et apicem G rectam GM, apicem vero H rectam HN, vestigium scilicet suum relinquere. Necesse est si BC et DE alicubi concurrunt etiam GM et HN alicubi concurrere, sive intra sive extra,

1 f. (aut etiam lineae) *erg. L* 2 et *(1)* area *(2)* magnitudine *L* 3 cuiusdam *(1)* area *(2)* magnitudine *L* 5 autem *(1)* rectae cuiusdam datae *(2)* curvae *(3)* cuiusdam ... ex *(a)* data *(b)* recta *L* 8 f. axe *(1)* aeqvilibrij *(2)* librationis. *(a)* qvod si ergo non sint datae *(b)* sit momen *(c)* Sint *L* 13 in ... manentem *erg. L* 14 et | ex *streicht Hrsg.* | apicem *L*

F. concurrant in L. Erit angulus HLG aequalis angulo EFC. et angulus PLQ. (ponendo $PL \sqcap EH$ et $LQ \sqcap CG$) erit supplementum ipsius anguli EFC ad duos rectos; adeoque erit datus. Juncta PQ habebitur Triangulum PQL cujus dabitur angulus verticis L ad rationem laterum ad verticem QL, ad LP.



[*Fig. 3*]

Cum ergo sumta BL vel $(B)(L)$ quantacunqve, angulus BLP semper maneat idem; ac

3 f. ad ratio laterum L *ändert Hrsg.* 4–6 LP. | Datur angulus MFP. ergo datur MP $\sqcap$ ψ. dabitur FP $\sqcap$ dψ. Eodem modo data NQ $\sqcap$ eψ. dabitur FQ $\sqcap$ deψ *gestr.* | Cum L

5 *Fig. 3*: Die Punktbezeichnung P wird von Leibniz in Figur und Text (Lesart zu Z. 4–6) doppelt verwendet. Zur besseren Unterscheidung erhält einer der beiden Punkte in der Figur die Bezeichnung P'.

praeterea sit, ut BL ad LP, ita $(B)(L)$ ad $(L)(P)$[;] erit etiam ut BL ad $(B)(L)$, ita LP ad $(L)(P)$ quod contingere patet si etiam FL ipsis proportionalis, seu recta transit per $FL(L)$ etc. Unde cum non dentur plura hic loca, sequitur locum esse rectam. Datis ergo duobus momentis figurae ex duabus rectis non parallelis dabitur linea recta transiens per centrum gravitatis. Quare datis tribus figurae momentis ex tribus axibus librationis qui non sint omnes paralleli inter se, dabitur figurae area et centrum gravitatis. Ecce apicem Centrobarycae. Si dentur duo ejusdem figurae momenta ex duabus rectis inter se parallelis dabitur figurae area, sed non centrum gravitatis.

Cum sit finis Centrobarycae ex datis momentis invenire dimensiones hinc habemus duo theoremata generalia[:] Si dentur ejusdem figurae momenta duo ex duabus rectis sive axibus librationis parallelis inter se, dabitur ejus magnitudo. Item si ex tribus licet non parallelis. Hinc jam videtur methodus patere ad inveniendas curvas Ellipticam et Hyperbolicam, ex datis Circuli et Hyperbolae quadraturis. De quo Schediasmate peculiari. 26. Octob. 1675.

Alia Analysis Tetragonistica haberi potest, ope Curvarum. Scilicet eadem curva in diversa resolvetur Elementa, prout ad diversas rectas ordinatae referuntur. Unde diversae quoque oriuntur figurae planae curvae propositae Elementis homogeneae, cumque ex data curvae dimensione, inveniantur omnes, sequitur ex data unius figurarum hujusmodi dimensione, etiam caeteras haberi.

Aliis modis inveniri possunt figurae quae ex alia pendent, si ordinatae figurarum quarum quadratura habetur, aut quarum quadratura ex data habetur adduntur datae. Quemadmodum tractabiliora sunt spatia quam curvae, quoniam pluribus modis secari ac resolvi possunt. Ita tractabiliora sunt solida planis et generatim superficiebus. Itaque ubi methodum qua superficies examinamus ad solida transferemus, multa nova detegemus, et facile saepe demonstrabimus de superficiebus per solida; quae in ipsis superficiebus difficulter habentur. Eleganterque observavit Tschirnhausius pleraque ab Archimede demonstrata, ut quadraturam parabolae, et quae ab his pendent circa sphaeram, conum, Cylindrum, ex sola solidorum r e c t i l i n e o r u m sectione ac compositione manifesta

7 apicem | artis *gestr.* | Centrobarycae *L* 9 invenire *(1)* qvadraturas *(2)* | dimensionis *ändert Hrsg.* | hinc *L* 10 eiusdem *(1)* magnitudin *(2)* magnitudinis *(3)* figurae *L* 10 f. sive ... librationis *erg. L* 13 datis *(1)* Ellipseo *(2)* Circuli *L*

13 Schediasmate: N. 37. 26 Tschirnhausius: **[noch]**.

ac palpabilia reddi posse.

